

BIBLIOTECA NAZIONALE EMANUELE
14
2 K
27


BERNARDINI CALELLI SALENTINI SPECLENSIS


De Mundi Creatione.

Iuxta Aristotelis Sententiam.

Ad Illustrissimum atq; Excellentiss. D.D. Ferdinandum Gonzagam Milfetti Principem.









PATAVII
Apud Laurentium Pasquatum
MDLXXXV.

ILLVSTRISSIMO AC EXCELLENTISS. D. D. FERDINANDO GONZAGAE MILFETTI PRINCIPI.

Bernardinus Calellus Speclensis
S. P. D.



Vo fuerunt in primis, Illustrissime ac excellẽtiss. Princeps, quæ me ad scribendum maximè ĩpulerunt, quorum vtrumq; in amore positum est: alterum inquam, in dilectione veritatis; alterum autem in amore meorum Dominorum. Et quamuis hæc duo per se ipsa separatim maximam probis uiris lætitiam afferre consueuerunt, nihilo secius, quandocunq; inter ea dissentio reperitur, vehementer nostris animis molesta esse solent, & è contra, cùm bene inter se cõueniunt admirabili gaudio;

afficimur. Quapropter in me maximā aī trā quilitatē, & exultationē reperio: cū animaduertam vtrumq; amorem, ita bene inter se constare, ut alter ab altero recte pendere videatur. quoniam mei Domini semper ueritatis acerrimi fuerunt propugnatores. Idq; demonstrat defensio, quam semper pro Romana Ecclesia (in qua prima ueritas est) susceperunt; pro cuius libertate tuenda Illustrissimus, & Sereniss. Ferdinandus Gonzaga tuus auus toties cum infidelibus, ac peruersis hæreticis uenit ad arma, quos omnes, fulminis instar, maxima cum celeritate superauit. Quibus etiam nominibus omnes eius filii, magnanimi patris vestigia sequuti, se quàm clarissimos reddidere. Cùm alii armis hāc veritatis arcem defenderint, alii uerò eandem summa probitate, mirandaq; prudentia rexerint, atq; gubernarint. Ex quibus adhuc Illustriss. & Excellentiss. Andreas, & Reuerendissimus Vincētius. S.R.E. Cardinalis benignō fatorum munere supersunt, quorum (ut interim de aliis taceam) incredibilem humani


tatem, animorum magnitudinem, aliasq; heroicas virtutes uix calamo exprimere, nedum lingua nuncupare, possem. Quã ob rẽ non immeritò Serenissima Gonzagarum familia inter cæteras Italiæ (ne dicam totius orbis) Illustrissima habita semper fuit. Cuius res foris domiq; gestæ, quàm semper fuerint claræ, & heroibus dignæ, testantur omnia historiarum monumẽta. Ita ut Christiana Respublica in periculosissimis temporum procellis, maiorum virtutibus inuitata ad eam semper tanquàm ad sacram anchoram confugerit; idem à posteris sperans, quod à parẽtibus acceperat. In quam etiam spem, ut idẽ aliquando de te sibi polliceri posset, illam allicit tua summa humanitas, maximaq; animi magnitudo. Quibus accedit præstãtis ingenii tui acumen, & admirabilis prudentia, & deniq; iustitia, & clementia insigni pietate ornatæ: quibus populum tuæ potestati subditum gubernas. Quas ob causas haud dubitamus te non solùm auitum nomen, sed etiam virtutes retenturum. Et hanc de

Gonzagis expectationem nuptiæ tuæ cum illustrissima Victoria, Serenissimi Ioannis Andreæ Doriæ Summi Classium Catholici Regis præfecti filia, ineundæ adauxerunt. Nã quẽ admodum Gonzagarum gens terrestris militiæ fama præ cæteris semper excelluit, ita & nullorum magis, quàm Doriarum nomen maritimos terruit hostes. Quam ob rem ex hoc tuo matrimonio viros in terra mariq; præclarè rẽ præ aliis gesturos, expectamus; nam teste Horatio Carm. lib. iiii.

Fortes creantur fortibus: & bonis
Est in iuuencis, est in equis patrum
Virtus: nec imbellem feroces
Progenerant Aquilæ columbam:

Quid enim nobis aliud pulcherrima, & tot magnis maiorum suorum titulis ornata Victoria, quam Victorias, Victoresuè parturire posset? Ob has itaq; tuas, tuorumq; uirtutes, Illustrissime Princeps, hæc mea de Mundi Creatiõe, qualiacumq; sint scripta, sub tui nominis protectione tutissima fore cõfido. Et ueluti hunc libellum hilari tibi dico, con-

ſacroq; animo, eum Amplitudini tuæ gratiſſimum fore ſperans, ita etiam pro humanitate tua hilariori, ac ſerena fronte illius, & mei tutelam, patrociniumq; ſuſcipias, optem. quod meum opuſculum, ut ſub tuo potiùs, quam alterius cuiuſquam nomine in lucem emitterem, eo à me factum eſt cōſilio; cùm ut animi mei ad tibi ſeruiendum promptitudinem: ipſamq; in te gratam ob infinita beneficia erga meos à tuis maioribus, & præſertim à Sereniſſimo Ferdinando auo tuo (cui illi fideliſſimè ſemper inſeruière) collata, voluntatem patefacerem, tùm te vt huius quoque non patronum ſolùm ſed etiam iudicē facerem, te, inquam, poeſeos, & omnis philoſophiæ peritiſſimum. Vale, etiam atq; etiā uale: maioraq; aliquando, fauente deo, expecta: Patauii xii. Cal. Septēb. MDLXXXV.



ANTONI HOVTAPPEL BELGAE AD BERNARDINVM CALELLVM CARMEN.


PRincipium æterno mundo, grauis ille Lycei
Princeps, discipulos dum docet esse suos:
Construit inflexum uariis ambagibus antrum;
Dedecus in quali Pasiphaes latuit.
Tentare introitum quisquis temerarius audet,
Plus quam Cimmeriis mersus obit tenebris.
Inde redux unus felici sidere Theseu
Alter ades, patriæ fama Calelle tuæ.
Magna quidē Theseu uenit hic tibi gloria, maior
Ast illi, filum qui dedit antè ducem.
Namque tuo placidum se dans Gonzaga labori,
Sustinet ingenium firma columna tuum.



BERNARDINI CALELLI SALENTINI SPECLENSIS.

De mundi creatione, iuxta Aristotelis sententiam.

Præfatio libri, in qua ponitur Authoris intentio, & ordo dicendorum.



QVVM *nihil præclarius, nihilq́; humano generi utilius, quàm ipsa ueritatis notitia reperiri possit; idcirco Philosophia, per quam ad rerum caussas cognoscendas, naturamq́; diuinam intelligendam, contemplandamq́; erigimur, atq́; eleuamur; non immeritò semper apud omnes nationes, inter cætera, nobilissima habita fuit; in qua quidem facultate Aristotelem, cæteros alios, mirum in modum antecessisse pro comperto est apud cunctos sapientes: adeo enim fuit sublimi ingenio à natura dotatus, ut humana cognitio in eo terminari rectè dicatur,*

ac proinde nullus philoſophus, aut Theologus hodierno die ſapiens eſse uidetur, niſi qui peripateticam philoſophiam rectè intelligit; & ideo exiſtimaui me ſtudioſis aliquid fore utilitatis, ſiquippiam iuxta Ariſtotelis pracepta ſcriberem: eapropter intentio noſtra in hoc opere erit de Philoſophi ſententia agere de mundi creatione: Placuit autem in hac materia potisſimum uerſari; quoniam ex eius declaratione perfectam totius ferè peripatetica philoſophia cognitionem dependere intellexi: etenim propter hoc negotium rectè percipiendum, oportebit ea, qua praecipua, atq; difficillima ſunt Ariſtotelis fundamenta manifeſtare, unde res ipſa non minus per utilis, & neceſſaria, quàm per difficilis eſſe uidetur; quapropter enitar pro uirili parte per quadam noua, fauente Deo, ueritatem aperire enucleareque, ut meliori modo poſſim legentibus ſatisfacere. Vt autem ordo dicendorum ante oculos primò proponatur eſt ſciendum, quòd praedicta quaeſtio duo alia quaſita in primis, tangere uidetur: Primum quidem eſt; Quomodo Deus ad agendum con

Ordo dicẽdorũ.

currat. Secundum autem est: utrum Deus, secundum Aristotelem, sit uigore infinitus: ideò antequàm ad principalem intentionem descendamus, de his primò disputare necesse erit.

Questio de actione diuina.

QVum scientia de actione Diuina sit cognitionis fundamentum, ac basis totius ferè peripateticae philosophiae: eapropter, pro intentione proposita exequenda, necessarium esse duxi, ut ea, qua fieri potest perscrutatione, breuiter tamen, hac de re uerba faciamus, circa quòd tria manifestabo: Primò, aliorum referam opiniones. Secundò, quid propriè ex Aristotelis sententia sit dicendum declarabo. Tertiò, contra nostra determinata soluam aduersariorum obiecta, & argumenta.

Arbitrantur communiter ferè Aristotelis interpretes, Deum secundùm Philosophum esse agens per intellectum, & per uoluntatem, sed ad suam actionem producendam concurrere ex necessitate naturæ.



Vantùm pertinet ad primum principale in ordine propositum, sciendum est; quòd

omnes quasi communiter uolunt, Aristotelem dicere; Deum agere per intellectum, & per uoluntatem; sed ad suam actionem efficiendam ex necessitate naturæ deuenire, sicuti nos confitemur filium in diuinis procedere à Patre per intellectum: et Spiritum Sanctum à Patre, & à Filio per uoluntatem, & nihilo secius utrunquè ex necessitate naturæ: & pro clariori intelligentia, est aduertendum, quòd in ista opinione duo principaliter tanguntur ; unum quidem est, quòd Deus agat per uoluntatem, & per intellectum, secundum quam intentionem dicũt loquutum fuisse Aristotelem 9. Met. cap. 10. ubi docet intellectum, qui in indifferens est ad utranquè partem contradictionis per appetitum, & per electionem applicari ad opus ; & 2. Ph. scribit Deum, & naturam agere propter finem; & 12. Met. tex. 52. Naturam uniuersi esse ordinatam in optimum quidam, sicut exercitus ordinẽ habet ad Ducẽ. Alterũ autẽ, qđ in hac opinione reperitur, illud est, qđ. s. Deus agat ex necessitate naturæ, qđ quidẽ multipliciter, pro parte ipsorum, probari potest, Et pri

Primũ dictum comunis sententiæ.

Secundum dictum.

Primara tio qđ

mò authoritate Aristotelis, quia dicunt philosophum asserere 8. Ph. tex. 15. necnon 2. Met. cont. 4. Aeternorum caussam esse necessariam: Secundo arguitur sic; Deus est mouens necessarius: igitur agit ex necessitate naturæ: Consequentia clara. Antecedens uerò probatur quadrupliciter; & primò, Motus cæli est naturalis: igitur Deus ex necessitate naturæ mouet. deducitur consequentia; quoniam naturam impossibile est auferri ab eo, cuius est natura; sed quod est impossibile aliter esse, est necessarium 1. Post. cap. De per se: igitur Deus quùm cælum moueat, necessitate naturæ in eo motum ciebit: Antecedens uerò est Aristotelis primo Cæli passim, necnon 3. Cæli tex. 18, 20, & infrà. Secundò; si Deus non necessario moueret, tunc foret possibile, ut quodlibet istorum inferiorum quiescat; quia primo mobili quiescente, nihil mouetur, et tunc si posset non mouere, posset etiam non regulariter motum efficere, contra Aristotelem 2. Cæli tex. 35. & poßet quoque Cæli motum non esse æternum contra Aristotelem 8. Ph. Tertiò, generatio est necessaria se

deus agat ex necessitatæ naturæ. Secũda.

cundum naturam 1. de Gen. tex. 16, et 17. et 2. de Gen. tex. 55. ergo ſecundùm naturam neceſſarius eſt motus cœli; & per conſequens Deus ex neceſsitate naturæ mouet. Quartò; Dixit Ariſtoteles 8. Ph. tex. 45, & 2. Cœli tex. 17. motum eſſe neceßarium, & 9. Met. tex. 17. non eſſe dubitandum num quieſcat cœlum, et 12. Eiuſdem tex. 30. Deum, atq; intelligentias non habere potentiam, ut non moueãt, nec eſſe in potentia ad mouendum, ſed tantum eſse actu mouentes: igitur Deus ex necesſitate

Tertia *naturæ mouet. Tertiò principaliter arguitur ſic; ſi Deus non ageret neceßariò, tunc foret mutabilis, contra Ariſtotelem 8. Ph. patet conſequentia; quia ſi neceßariò ſuam operationem non produceret, poſſet non agere, & per conſequens ſeipſum à ſuis operibus conficiendis*

Quarta. *mutari. Quartò, omne bonum eſt perſe, & neceſſariò ſecundùm naturam communicabile; ſed Deus eſt ipſa met bonitas: igitur necesſitate naturæ ſuam bonitatem impartitur, & ex*

Quinta. *conſequenti neceßariò ſecũdùm naturam agit. Quinto; Quæcunquè Deus facit ſunt bona;*

nam à summo bono non potest malum prouenire: ergo Deus quęcunq; facit, non potest non facere, et per cōsequens necessariò suum effectum producit. Consequentia patet; quia proprium bonitatis est, non solùm malum non efficere; sed etiam factionem boni non prætermittere. Sextò; Impossibile est, agens liberum, ut hominem, nihil efficere ad extra: ergo Deus necessariò aliquid ad extra producit. Septimò, et ultimò arguitur per Scotum in primo sent. dist. 8. q. 5. supponendo prius, quòd ens bene diuidatur per caussam, & caußatum, & tunc sic; In omni diuisione entis necessitas est perfectior differentia, quàm contingentia: ergo in ista diuisione entis, necessitas perfectior est, quàm contingentia: igitur perfectissima caußa necessario agit. Antecedens cùm consequentiis patent: quia necessitas est perfectio in ente in se, & secum permittit perfectiones plures simpliciter, quàm contingentia. Sexta. Ratio Scoti:

Sed quamuis in hisce duobus fuerit doctorū conuenientia, nihilominus dissentio est demùm in caussa, propter quam .s. Deus agat ex neces- Cur deus agat ex necessitate na-

torae opinio prima. *ſitate naturæ: quidam enim ex recentioribus dicunt, huiuſmodi cauſſam eſſe immobilitatem ipſius Dei, idq́; nituntur colligere ex Ariſtotele 8. Ph. tex. 53. ubi poſtquàm philoſophus in tex. 44. conſtitutum reliquiſſet primum motorem eſſe immobilem, poſtea in tex. 53. docere perexit, neceſſarium eſſe, & ideo primũ quoq; mobile eſſe perpetuum, unde uarietas, & diuerſitas horum inferiorum non proueniret; nam id (inquit) quòd immobile eſt, nempe Deus, uno ſemper modo mouebit, quùm ipſe non mutetur: Itaq; uult arguere: quòd ſi Deus eſt immobilis, inde ſequatur, ut per modum naturæ agat, certo, definitoq́; ordine: quapropter 8. Eiuſdẽ tex. 15. ait quòd tempore infinito quieſcere motorem, & mobile non ſit opus naturæ: Dicunt*

Diuus Auguſtinus. *inſuper, quòd Diuus Auguſtinus 11. de Ciuitate Dei cap. 4. hanc cauſſam inſinuauit extitiſſe philoſophis, ne crederent in tempore Deũ creaſſe mundum, quia inde putabãt conſequi diuinam uoluntatem eſſe mutatam:*

Opinio ſecũda *Græci uerò, et maior pars latinorum exiſtimant bonitatem diuinam eſſe huiuſmodi cauſſam, in cuius opi-*

nionis

nionis fauorem possumus in hunc modum arguere, et primò; Deus per Aristotelem agit propter communicandam suam bonitatem, tanquàm propter finem: igitur bonitas diuina est caussa actionis diuinæ; quia caussa finalis mouet agentem: unde dicitur communiter, quòd omne agens agit propter finem, & finis mouet agentem. Secundò; Quæcunquè Deus producit sunt bona; nàm à summo bono non potest malum prouenire: sed boni caussa per se est bonum: igitur caussa actionis diuinæ est ipsamet bonitas diuina; & hæc sufficiant pro aliorum opinionis intellectu; sed quid bene, & quid non bene dictum fuerit ab ipsis, infrà apparebit: Eapropter ad secundum principale descendere oportet. Prima ratio. Secũda.

Ponitur uera Aristotelis sententia

QVantùm autèm spectat ad ueram Aristotelis sententiam, quod erat secundũ principale in ordine propositum, quùm nihil aliud in præsentia quæratur, nisi quomodo Deus de mente Philosophi ad agendum con

currat, ideo pro quæsiti resolutione, & pro clariori intelligentia dicendorum, primò scire necesse est, quòd duplex agendi necessitas reperitur, alia quidem est naturæ, quæ subdiuiditur in duas alias: quædam enim est sine cognitione, ut ignis necessitate naturæ ignem generat, quædam uerò est cum cognitione; ut Pater, & Filius in diuinis ex necessitate naturæ per uoluntatem producunt Spiritum Sanctum, sicuti nos Christiani confitemur; alia autem est necessitas congruentiae, seu idoneitatis, sicuti congruit mundum fieri à Deo de nouo in temporis instanti, ut sacrosancta Romana docet Ecclesia.

Primũ notabile. dupplex est agendi necessitas

Secundo loco noto, quòd duplex similiter datur agendi libertas; alia quidem, quae contra necessitatem agendi secundum naturam distinguitur, alia autem est libertas, quae necessitati agendi secundum congruentiam opponitur.

Secũdũ notabile. Dupplex agẽdi libertas.

Tertio aduerte, quòd Deus in agendo dupliciter considerari potest, uel simpliciter, seu uniuersaliter, & in se, non habendo. s. maiorẽ

Tertiũ notabile.

respectum ad hanc, quàm ad illam operationem; uel consideratur Deus respectiuè, & secundùm quid, per maiorem respectum .s. ad hanc, uel ad illam operationem etc.

His itaq; tanquàm fundamentis iactis; circa conclusiones ponam conuenientias, & dissensiones Philosophorum cum nostra fide catholica, ut omnis errandi occasio de medio tollatur; sit igitur prima conclusio: Deum in agendo quocunq; modo consideratum esse agẽs necessarium, secundum congruentiam: cuius conclusionis ratio illa est; quia Deus, et natura nihil frustra faciunt, ut dicitur primo Cœli tex. 32. et 2. eiusdem tex. 50, & 59: et 3. de anima tex. 45, et 60; & quantum ad hoc dictum conueniunt philosophi cum Christianis; quia repugnat sapientiae diuinae fieri aliquid à Deo incongruum. Prima conclusio. Prima conuenientia philosoforum cũ Christianis.

Secunda conclusio est) : Deum, quocunq; modo consideratum, non agere necessitate natura absq; cognitione, cuius conclusionis probatio patet, quoniam Deus est agens per intellectum, & uoluntatem uti Christiani, & philo- Secũda cõclusio. Secũda conuenientia.

sophi communiter asserunt, ex quo apparet, quòd primum dictum communis sententiae sit uerum.

Tertia cōclusio

Tertia conclusio est; Deum in agendo simpliciter, & uniuersaliter, & in se consideratum, non esse neq; agens liberum, neq; agens necessarium libertate quidem, & necessitate naturae ab inuicem contradistinctis; quoniam aliter ad omnes suas operationes efficiendas aut liberè, aut necessitate naturæ deueniret: sed consequens per philosophum est falsum, ut infrà apparebit: igitur & illud ex quo sequitur, & in hoc quoq; dicto conuenientia est philosophorum cùm Christianis; quoniam prædicta ratio pro parte philosophorum adducta, etiam secundum nos Christianos locum habet: etenim nos ponimus Deum ad operationes ad intra, ut puta ad generationem Filij, et ad productionem Spiritus Sancti in diuinis concurrere ex necessitate naturæ; ad operationes uerò ad extra dicimus, Deum liberè deuenire; unde sequitur, quòd idem consequens etiam secundùm Catholicæ fidei dogma

Tertia conuenientia.

ta sit falsum &c.

Quarta conclusio est; Deum, respectiuè, et secundùm quid consideratum, per respectum s. ad hanc, uel ad illam operationem, ad quædam opera producenda, concurrere necessitate naturæ; ad quædam uerò minimè: huius conclusionis probatio patet; quoniam in quacunque materia, quando ambæ uniuersales sunt falsæ, necessariò sequitur, quòd ambae subcontrariæ sint ueræ, ut scribit philosophus in 1. Perih. sed uniuersaliter non est uerum dicere; Deum esse necessarium, aut liberum necessitate, & libertate agendi secundùm naturam: ut patet per præcedentem conclusionem: ergo necessario fatendum erit, Deum partim esse agens liberum, partim necessarium libertate inquàm, & necessitate agendi secundùm naturam &c. & in isto quoque dicto conuenientia est philosophorum cum Christianis; licet quantùm ad operationum positionem postea dissentiemus: etenim nos Christiani ponimus Deum ad operationes ad intra, ut puta ad generationem Filij, et ad productionem Spiritus

Quarta cõclusio

Quarta conuenientia. Prima dissẽtio. philosophorũ cũ christianis.

Sancti in diuinis concurrere necessitate natu ræ, quamquidem generationem, & productio nem ipsi philosophi non cognouerunt, ex qua demum ignorantia alij ipsorum errores sunt sequuti, ut infrà dicetur &c. & ex his, quæ diximus patet quomodo secundum dictum communis sententiæ sit uerum, & quo pacto sit falsum. &c.

Cur deus ali qua ope ra ꝓdu cat ne- cessitate naturæ, aliqua uero mi nime, & quæ, & quot sīt ista o- pera.

Postquàm dictum est, actionem diuinam ad quasdam operationes ferri necessitate na- turæ, ad quasdam uerò liberè, nunc autem ad complementum principalis quæsiti uidendum erit, quænam, et quot sint ista opera à Deo pro ducta, & propter quam caussam, ad quædam efficiēda necessitate naturæ concurrat, ad quæ dam uerò minime.

Primū notabi- le.

Quantùm spectat ad caussam est primò accipiendum, quòd quicquid Deo attribuit Aristoteles, uel reducitur ad bonitatē ipsius Dei, tanquam ad caussam, uel ad immobilita tem, uel ad intellectum, uel ad uoluntatem di uinam, ut patet omnibus in Aristotelis philo- sophia exercitatis.

Secundum

Secundò noto, quòd ista quatuor caussa quoquopacto in quam libet ferè operationem à Deo caussandam concurrant; et hoc etiam ab omnibus sanae mentis concessum esse uolo.

Tertiũ

Tertiò animaduerte, quòd quamuis omnes praedictae caussae ad omnes operationes diuinas conferant, nihilominus ubi principaliter, originaliter, & immediatè concurrit bonitas, uel immobilitas, aut ipsius Dei intellectus, ibi inquàm Deus ex necessitate naturae ad agendum ducitur; ubi uerò uoluntas diuina est caussa praecipua, originalis, et immediata, tunc licet aliae causae necessariae ad operandum concurrant, nihilominus Deum in actione simpliciter non necessitant, sed liberè agere dicitur, & si fortè fortuna aliqua necessitas reperitur, illa erit ex suppositione tãtùm; uti si ego uolo romam petere, necesse erit, me aut equestrem, aut pedestrem esse, & hoc nulla alia de caussa, nisi quia libertas agendi, uel non agendi solum posita est in uoluntatè, & de nominatio semper debet fieri à principaliori &c.

Operationes de iure dupliciter sũt

Circa operationes autẽ scias oportet, quòd in duplici reperiuntur differentia; aliae enim sunt internae, aliae uerò externae, & ut dilucidè progrediar, primò manifestabo Arist. intentionem, quomodo inquàm ponat Deum agere quantũ ad internas operationes, Secundò uerò idem faciam, quãtum ad externas spectat.

Quot, & quae sint operationes internę

Circa primùm scire necesse est, quòd Arist. duas tantùm internas Dei operationes ponit, intelligere .s. & praefinire, aut praedestinare: per illam quidem intelligit semetipsum, & seipsum cognoscendo reliqua omnia intelligit; uti praeclariores Aristotelis interpretes uolunt in 12. Met. super tex. 51. per hanc uerò praefiniuit, & praedestinauit ab aeterno hoc, uel illud huiusmodi, aut diuersimodè extra se pro aterno, et non pro aeterno esse agendum,

Quod detur ꝑ destinatio secũdũ philosophũ Ratio prima.

quam quidem operationem posuisse Aristotelem patet primò; quoniam aliter sequeretur naturam, atq; Deum aliquid frustra facere, sed consequens est falsum: igitur, et id ex quo sequitur: falsitas consequentis est Aristotelis in 1. de Cœlo tex. 32. & 2. Eiusdem tex. 50.

&

& 59, & 3. de Anima tex. 55, & 60. Consequentia uerò deducitur; quoniam ponere Deum cùm natura nihil frustra facere; & negare præfinitionem, seu prædestinationem est dicere repugnantiam: igitur &c. Secundo, quia omne quod est per accidens, reducitur ad aliquam caussam per se, sed multa sunt in mundo inferiori per accidens, quæ ad corpora cælestia, tanquam ad caussam per se reduci non possunt: igitur ea referenda sunt ad caussam primam, hoc, uel illud sic præfinientem. Maior est Aristotelis 2. Ph. tex. 66. Minor uerò patet in actibus humanis, & circa bonam, & malam fortunam; & pro hac ratione aduerte, quòd Aristotelis interpretes communiter ferè uidentur uelle; Deum de sententia philosophi solùm æternorum caussam esse immediatam, idq; desumunt ex Aristotele 8. Ph.; quod quidem commune dictum, iuditio meo, est purus error, uti clarissimè ostendetur in lib. de anima creatione, quùm illum Aristotelis locum considerabo:

Secũda.

Communis error Arist: interpretũm.

His sic prænotatis respondendum est ad

Prima conclu-

sio circa iternas dei operõnes.

quæstionem per duas conclusiones, quarum prima est; Deum ad intelligendum concurrere ex necessitate naturæ, cuius probatio patet primò; quoniam ad hanc operationem principaliter, originaliter, & immediatè concurrit ipsius Dei intellectus, quo dato sequitur conclusio per ea, quæ supposuimus: Secundò; quia substantiæ abstractæ naturaliter sunt intelligentes, & intelligibiles: Sed Deus est huiusmodi: igitur &c. Maior est Aristotelis 3. de anima tex. 15, & 16; Minor est etiam philosophi in 8. Ph. circa finem, & 12. Met. tex. 41.

Secũda conclusio.

Secunda conclusio est, Deum ad præfiniendum ex necessitate naturæ non deuenire; quoniam hæc operatio principaliter, & originaliter refertur ad uoluntatem diuinam: etenim præfinire hoc uel illud huiusmodi, uel diuersimode esse agendum, solius uoluntatis offitium esse uidetur, quo dato sequitur conclusio per ea, quæ supposita sunt: Et quantùm ad istas operationes spectat dissentiunt Christiani à philosophis in duobus; primò; quia philosophi defecerunt in assignandis internis Dei operationi-

Circa opera interna dissentiũt philosophi a Christianis dupliciter.

bus: etenim prater pradicta est generatio filij in diuinis, & productio Spiritus Sancti. Secundò; quoniam longe magis diffunditur praedestinatio, & praefinitio diuina secundùm nostros Theologos, quàm secundùm philosophos; etenim philosophi solùm ipsam in rebus sensibilibus concedere uidentur, negare autem in abstrastis à materia, quamuis, ut ingenue fatear, in hoc non satis sit clarum, quid sit dicendum de sententia ipsorum & hac sufficiant, quantùm ad internas operationes;

Quantùm autem attinet ad externas operationes, primò notes uelim, quòd huiusmodi opera sex, uel septem sunt de mente Aristotelis; operatio. s. mensura operationis, modus operandi, mensura modi operandi, rerum conseruatio, & eius mensura; & prater hac dixit Aristoteles, quòd Deus amat uiros bonos, & sapientes, ut patet 10. Ethic. cap. 8. & 8. Eiusdem cap. 7 et aliis etiam in locis: operatio autem Dei est sua bonitatis, seu entitatis communicatio, qua duplex est; alia qui- Septem sunt operationes dei externę.

dem immediata; alia uerò mediata: prima quidem fit à Deo sine aliqua creatura mediante: Secunda uerò è contrà; Et illam præcipuè expressit Aristoteles in 12. Met. tex. 38. ubi habet cœlum, & naturam à Deo dependere; de hac uerò meminit in eodem libro tex. 36. quùm dicit Deum mouere, ut amatum, & desideratum, hoc est propter communicandam suam bonitatem, ut rectè annotauit ibi Alex. Prima in super continet in se modum operadi metaphisicalem, quem creationem appellamus, quùm aliter, quàm per creationem suam Deus bonitatem impartiri nequeat, quam quidem tex. 38. iam citato, et pluribus etiam aliis in locis implicitè scriptam reliquit, ut infrà apparebit. Secunda autem requirit modum operandi naturalem, quem motum uocamus, quo mediante res ipsas naturaliter Deus producit, & gubernat, ut patet tex. 36, iam citato, nec non in 1. Meteor. cap. 2. ubi dixit; Mundum inferiorem esse contiguum superiori lationi, ut omnis uirtus inde gubernetur, & huius modi operandi

naturalis mensura ponitur ab Aristotele.12. Met. tex. 34. et 8. Ph.tex.53,& 2.Cœli tex.35, quando dicit, Deum semper eodem modo mouere, et Cœli motum esse regularem: posuit etiam entium conseruationem, ut colligitur ex his locis superius citatis, & quoniam cognouit, quòd Deus non æqualiter res conseruat, nec æqualiter est impartitus suam bonitatem; sed aliis plus; aliis uerò minus: ea propter posuit conseruationis, & operationis mensuram, communicatæ s. bonitatis, quam scriptam reliquit. 1. Cœli tex. 100, quùm dixit, Vnde his clarius, his quidem obscurius pendet esse, & uiuere. &c.

Ex his, quae dicta sunt est primo loco accipiendum, quòd Deus agendo ad extra duo uoluit; primaria quidem intentione suam bonitatem communicare: Secundaria autem uoluit, ut ipsa entia impartiantur quam recepe runt bonitatem: propter illam quidem immediatè Deus suam communicat bonitatem: propter hanc uerò idem bonum mediatè impartitur; Ad impletionem primae uoluntatis dixit

Quod deus agendo ad extra duo uoluerit.

Aristoteles 12. Met. tex. 39, Cælum, & naturam à Deo dependere: Ad exequutionem uerò secundae scripsit eodem libro. tex. 36; Deum mouere, ut amatum & desideratum. i. propter communicandam suam bonitatem; ut rectè ibi annotauit Alex., & tu intellige de communicatione boni, quae mediate fit à Deo, quod est, ut res communicent quam acceperunt bonitatem: quia per motum non extrahuntur nisi formae de potentia materiae per agentes naturales, & sic Deus per motum non communicat ipsum bonum immediatè; sed tantùm facit, ut res ipsae impartiantur quam receperunt bonitatem; & ad hanc etiam intentionem loquutus est Aristoteles. 8. Ph. tex. 15. quando dicit, quod nõ est opus naturae nunc potius, quàm prius inchoare motũ, quasi dicat, quòd naturaliter cũa agẽtia p instinctum, & uoluntatẽ primæ naturæ suã cõmunicare appetant bonitatem, q̃ à Deo acceperunt, ac proinde motus est æternus, quùm aliter, quàm per motũ de sentẽtia philosophi res non possint, quam receperunt bonitatem,

impartiri, quod quidem etiam insinuauit philosophus 2. de anima tex. 34. quùm dicit; naturalissimum .n. operum, quæ in uiuentibus, quæcunq; perfecta, & non mutilata sunt, aut generationem spontaneam habent, est facere alíud quale ipsum, animal quidem animal; planta autem plantam, ut ipso semper esse diuino participent, secundum quod possunt: omnia .n. illud appetunt, & illius caussa agunt omnia, quæcunq; agunt secundùm naturam, hæc ille. Unde arguitur sic; Res appetunt suã communicare bonitatem: ergo hoc inest rebus per instintum, & uoluntatem primæ naturæ: igitur Deus uoluit, ut res impartiantur quã receperunt bonitatem: Antecedens est Aristotelis loco iam citato: Consequentiæ uerò probãtur; quoniam entium appetitus, seu natura dirigitur ab intelligentia non errante: sed ista intelligentia est Deus: igitur &c. Maior patet per omnes Aristotelis interpretes in 1. Eth. circa uerba illa philosophi. Omnia appetunt bonum: Minor uerò probatur; quoniam Aristoteles loquendo de actione naturæ cum in-

telligentia, semper coniungit naturam cùm Deo, dicens; Deus, & natura nihil frustra faciunt &c.

Secūdū Quod duo sīt fines a deo intenti ad extra.

Et quùm manifestum sit duas Dei uoluntates circa externas eiusdem operationes reperiri; hinc secundo loco animaduerte consequi, in eisdē operibus duos esse tantùm fines à Deo intentos; quoniam omnis uoluntas dirigitur in finem; ut patet per Aristotelem 2. Eudem. cap. 10. quando ponit differentiam inter electionem, & uoluntatem: Primarius quidem finis est immediata suæ bonitatis communicatio, quia primaria Dei uoluntas ad hanc operationem, ut dictum est, tanquàm in finem fertur: Secundarius autem finis est eiusdem bonitatis mediata partitio; quoniam ad hanc operationem, tanquàm in finem dirigitur secundaria Dei uoluntas, sicuti patere potest ex supradictis.

Tertiū

Tertiò est accipiendum, quòd conseruatio rerum, & eius mensura pro utraq; Dei uoluntate exequenda fuit necessaria: cuius probatio est; quia si res derelinquerentur à Deo uo-

luntate

abirent in nihilum, uti communiter philosophi & Theologi confitentur, unde sequitur, quòd Deus neq; mediatè, neq; immediatè ualeret suam bonitatem impartiri, si eam communicando simul etiam res non conseruaret.

Quarto scias uelim, quòd operatio immediata, et eius mensura, et modus operandi metaphisicalis fuerunt necessaria propter primæ Dei uoluntatis adimpletionem: Immediata quidem operatio, quoniam ipsa, ut dictum est, dicitur esse finis, à prima Dei uoluntate intentus: Eius uerò mensura, quia res non poterāt æqualiter Dei bonitatem participare: non .n. lapis, ut homo bonitatis particeps fieri possibile erat: Dicit .n. ex parte rerum repugnantiā: Modus autem operandi metaphisicalis seu creatio, quoniam immediatè Deus suam bonitatem impartiri non ualebat, nisi creatione mediante, ut habitum est supra: Ad implendam uerò secundam uoluntatem necessaria fuit operatio mediata, motus, & eius mensura: Mediata quidem operatio, quoniam ipsa est finis à secunda Dei uoluntate intentus, uti Quartum.

ſupra diximus: Motus autem; quia cætera entia de philoſophi ſententia non poſſunt quã receperunt bonitatem aliis communicare, niſi motu mediante; iam uerò per ſecundam uoluntatem Deus uoluit, ut etiam impartiantur quam receperunt bonitatem, ut dictum eſt ſupra: igitur &c. Menſura uerò motus eſt neceſſaria, quia quicquid agit Deus producit perfectisſimo modo, quo fieri poteſt: ſed quod unico fit modo: perfectius eſt, quam quod pluribus: ergo &c. Maior clara: Minor uerò probatur; quia ſimplicitas arguit perfectionem; quapropter Ariſtoteles 2. Cæli tex. 36. dixit, quòd primum ſimplex ingenerabile, & incorruptibile ſit motiuum ſimplicis ingenerabilis, & incorruptibilis.

His autem prænotatis, nunc facillimè poſſumus Ariſtotelis intentionem manifeſtare quo modo ponat Deum agere quantùm ad externas operationes ſpectat; & ut dilucidè res ipſa appareat, primò oſtendam, quomodo Deus de mente philoſophi concurrat, quantùm ad operationes primam Dei uoluntatem

adimplentes: Secundo idem faciam, quantùm ad operationes secundæ uoluntatis: tertiò patefaciam, quomodo Deus deueniat ad amandos uiros bonos, & sapientes.

Sed anteq̄ ꝑposita negotia exequutioni mādemus, primò ex superioribus colligere oportet, ꝙ operationes tàm primā, q̄ secundā Dei uoluntatem adimplentes, sint in duplici differentia: quædam .n. sunt fines à Deo intenti: quædam uerò sunt media ad finem ordinata: Quantùm igitur ad operationes primæ uoluntatis pertinet, dignitatis ordinem insequendo; inprimis agam de fine, tanquàm de principaliori: Secundò de mediis ad eundem finem ordinatis: Circa primum recordare, quòd primæ uoluntatis finis sit operatio immediata, seu immediata diuinæ bonitatis communicatio: Et quantùm ad hoc spectat, diceret Aristoteles, Deum ad hunc finem efficiendum concurrere ex necessitate naturæ, cuius ratio est; quia philosophi hunc finem referunt ad bonitatem diuinam tanquàm ad caußam principalem, originalem, et immediatam, secundùm quàm

Deū ad comuni candam suam bonitatem immediatè, cō currere necessitate naturæ.

Secūdū Arist. *intentionem scribit Simpl. 1. Cœli tex. 22 dicens; mundum habere dependentiam à diuina bonitate, & impossibile esse Deum fœcundum conditorem sine operatione, & otiosum fuisse aliquando; quo quidem dicto philosophorum cōcesso, necessariò sequitur conclusio per ea, quæ supposuimus in tertio notabili, loquendo de caussis; Ex quo sequitur aliud Deum s. uoluisse hunc finem, hoc est, uoluisse suam bonitatem immediatè communicare ad extra, uoluntate quidē concomitante, non autē* Opinio Gandauensis. *antecedēte; sicuti perbellè docet Ioannes Gād. in lib. de bona fortuna quæstione septima; dicens; Dei autem actio, qua mundum ab æterno produxit secundum Arist. non fuit propter consequutionem perfectionis; sed propter suae perfectionis necessariam communicationem, & dico necessariam, secundùm opinionē Arist., quia non posuit Deum uoluntate antecedente produxisse mundum, sed potius uoluntate cōcomitante; sicuti consueuit explicari de sole, si poneretur uoluntatem, et intellectum habere, nihilominus suum radium de necessi-*

tate naturae produceret, & uoluntas nihil fa cerct caussando, sed concomitanter forte solum: haec ille; Vnde Philosophi nullam aliam caussam reddunt, cur Deus uoluerit mundũ producere, nisi quia bonus, non autem, quia uo luit. &c.

Sed cur autem ipsi posuerunt bonitatem diuinam communicationis boni ad extra fuisse caussam principalem, & originalem, illa, iuditio meo, ratio esse uidetur, ignorantia s. emanationis trium personarum in diuinis, quam personarum emanationem, boni communicationem ad intra in praesentia appellamus, quã quidem si Philosophi cognouissent, nullam fere nos Christiani cum eis haberemus controuersiam: Quod autem ex hoc, tanquam ex uno fonte, dependeat omnis error philosophorum, patet, hunc in modum rem ipsam declarando, supponẽdo primò, quòd communicatio bonitatis diuinae necessitate naturae erat facienda, quia omne bonum necessitate naturae est communicabile: Secundo suppono duobus modis esse possibile immaginari, diuinam bo-

Qđ ignorantia emanationis trium personarum in diuinis fuerit in causa ut ph: dicãt deũ adextra agere necessitate naturę.

Prima suppositio.

Secũda.

nitatem impartiri posse, uel ad intra s. uel ad extra, & hoc unusquisq; concedere habet, quoniam suppositum istud est à sufficienti diuisione: His autem stantibus suppositionibus, tunc sic argumentor: Bonitas diuina, ut patet per secundam, duobus modis impartiri poterat, uel ad intra s. uel ad extra: ergo per primam, uel ad intra, uel ad extra fuit necessitate naturae communicata, & ex consequenti si dixeris communicationem bonitatis diuinae ad intra non esse necessitate naturae promanatam, tunc necessario cogeris confiteri communicationem eiusdem bonitatis ad extra esse necessitate naturæ factam; si autem contrariũ dicatur, oppositum consequi est necesse, iuxta logicam regulam, si oppositum in opposito, ergo propositum in proposito, & è conuerso. Modo quantùm ad propositum spectat differt nihil siue ponas partitionem diuinæ bonitatis ad intra non esse necessitate naturæ effectam, siue eiusdem neges communicationem; quocunq; enim modo dicatur, necessario fit consequens, communicationem bonitatis diuinæ ad

extra esse necessitate naturæ productam. Primus quidem modus patet ex præcedenti ratione: Secundus quidem; quoniam, quod necessitate naturæ est producendum, & id expleri non potest nisi unico modo, illud inquam, illo unico modo necessitate naturæ est efficiendum; sed bonitas diuina per primum suppositum necessitate naturæ erat communicanda, & solummodo ad extra secundùm Philosophorũ sententiam impartiri poterat, igitur eadem bonitas ad extra necessitate naturæ fuit communicata. Et reuera qui negat communicationem diuinæ bonitatis ad intra, aut necesse est parieti caput dare, seu id ipsum igni apponere, aut confiteri Deum ad extra quantùm ad boni communicationem necessitate naturæ prouenire, quia diuina bonitas, quùm omne bonum sit communicabile, necessitate naturæ erat impartienda, ut patet per primum suppositum, aut saltem dicat oportet quandoq; Deũ fuisse non bonum; si nihil ipse prius ad extra produxisset; Ea propter Philosophi cùm ipso Aristotele in 8. Ph. hoc contra nostram fidẽ

sæpe sæpius utuntur argumento, ut dicant Deum de non bonitate ad bonitatem fuisse mutatum, si mundum ab æterno non creasset, unde Diuus Augustinus 11. de Ciu. Dei cap. 4. hoc insinuasse uidetur extitisse Philosophis, ne crederent Deum in tempore creasse mundum, quoniam inde putabant consequi Deum esse mutatum, non quia Deus propter immobilitatem agat, ut falsò intellexerunt recentiores, sed quoniam est bonus. Etenim Deus secundum Philosophos non communicat suam bonitatem propter eius immobilitatem, sed quia est bonus, seu propter ipsammet bonitatem. Quare caussa, cur Deus secundùm Philosophos agat ex necessitate naturæ, non est eius immobilitas, sed sua bonitas, ut rectè Græci in hac parte senserunt &c. Ex his igitur patet, quòd ignorantia emanationis trium personarum in diuinis coegerit Philosophos, ut dicant bonitatem diuinam fuisse caussam principalem, & originalem communicationis boni ad extra, & per consequens, ut ponant Deum ad hanc operationem caussandã

Diuus Augustinus.

necessitate

necessitate naturæ prouenire, & colligitur etiā ratio propter quam ex hoc principio .s. omne bonum est communicabile, ipsi deducant Deū necessitate naturæ mundum produxisse ab æterno &c.

Verum tamen, ne errori detur locus, sciendum est, quòd nos Christiani à Philosophis in hoc dicto discordamus, quia dicimus Deum ad communicandam suam bonitatem ad extra libera uoluntate concurrere, ita ut oppositum efficere potuerit: Vnde Diuus Thomas prima parte sum. q. 104. art. 3, ait, quod hæc positio, quæ tenet Deum ad extra agere ex necessitate naturæ, est falsa, & à fide chatolica penitus aliena, quæ confitetur, Deum res libera uoluntate produxisse, & Diuus Augustinus 24. de Ciu. Dei. cap. 11. Inquit; Satis signatur Deum nulla necessitate, nulla suæ cuiusq; utilitatis indigentia, sed sola bonitate .i. bona uoluntate fecisse, quod factum est &c. Caussa uerò huius dicti illa est, quoniam asserimus uoluntatem diuinam fuisse caussam principalem, & originalem communicationis

Dissētio ph. cum Cristianis.

Diuus Thomas.

Diuus Augustinus.

Diuus Augusti nus.

bonis ad extra, quo dato sequitur cõclusio per, ea, quæ supposuimus. Vnde scribit Diuus Augustinus. 3. de Trinitate cap. 2. Voluntas Dei est summa caussa, & prima omnium spe tierum, & motionum; nihil enim fit, quod de intellectuali, atq; interiori aula summi Imperatoris non egrediatur: Ex quo sequitur aliud Deum .s. uoluisse supradictum finem uoluntate antecedente, non autem concomitante so lum, ac proinde nulla alia est quærenda caußa, quare Deus uoluit mundum creare, nisi quia uoluit, ut notat Scotus primo Sent. dist. 8. q. ultima, sicuti etiam scribit Diuus Augustinus. 83. de Trin. q. 28. dicẽs, qui quaerit quare Deus mundum uoluit facere, quaerit caussam uoluntatis diuinæ, nihil. n. est maius uoluntate eius; non ergo caussæ mundi. i. uoluntatis alia caussa quærenda est &c. Quod quidem etiam confirmatur, quoniam principiorum non est reddenda caußa, sed uoluntatem diuinam fuisse mundi caußam principalem & originalem, est principium in Theologia: ergo nulla alia afferenda est caussa, quare

Scotus. Diuus Augusti nus.

Deus uoluit mundum producere, nisi quia uoluit. Maior probatur, quoniam principorum non sunt principia, ut patet per Aristotelem 2. Met. cont. 4. Minor uerò per nostros Theologos est clara: Ex his igitur sequitur, quòd neq; bonitas, neq; immobilitas sit caussa præcipua actionis diuinæ ad extra, ut dicebant Philosophi, sed tantùmmodo huiusmodi caussa, secundùm nostræ fidei irrefragabilem ueritatem, erit ipsa uoluntas diuina. Et quamuis de hoc propria non sit assignanda caussa; licet tamen nostræ fidei contradicentes redarguendo, circa propositum rationem afferre, sicuti Philosophus 4. Met. antiquos redarguendo, probat primum principiùm scientiarum, de quolibet. s. dicitur esse, uel non esse; sed quoniã Theologi munus est hoc efficere, ideo breuitatis gratia nobis in præsentia sufficiat demonstrare Philosophos in proprio fundamento errare, quod quidem fundamentum, ut patuit, fulciebatur super hoc axioma. s. omne bonum est communicabile, quæ autẽ propositio quùm in se uera sit, ideo uerus ei tribuendus est intel

Qđ philosophi in proprio fundamento errarũt.

lectus; ex quo deinde apparebit error Philosophorum; Itaq; quùm dicitur, omne bonum est communicabile &c. ista propositio potest duobus modis intelligi, uel quòd omne bonum sit communicabile à se .i. quod non habeat esse communicabile ab alio; uel quod omne bonum sit communicabile per se .i. per suam formalem, et intrinsecam rationem; ut homo dicitur rationalis, & risibilis per suam intrinsecam, & formalem rationem. Si propositio intelligatur primo modo, tunc cõcedimus, quod Deus habeat suam bonitatem communicabilem à se ipso, & non ab alio, sed tamen non propterea sequitur, ergo necessario suam bonitatem debet impartiri; quia si tu didicisti scientiam tuis propriis laboribus, & factus es doctor, non propterea fit consequens, ergo necessario debes docere me &c. Si uerò intelligatur secundo modo, uti reuera communiter ab omnibus accipitur, tunc dico, quòd omne bonum, eo modo necessario communicatur, qua ratione est communicabile; sed omne bonum nulla alia de caussa est communicabile, nisi quia bonum .i. pro

pter propriam boni formam, quod quidem patet, si propositio accipitur secundo modo: Igitur omne bonum formaliter necessario impartitur, & hoc tanquàm supposito, tunc subsumo: Bonitas diuina formaliter ē uniformis bona: igitur uniformiter necessario communicatur. Antecedens clarum: Consequentia uerò patet per suppositum: Sed si diuina bonitas uniformiter est necessario impartita, tunc sequitur, quod diuinæ personæ sint plurificatæ, & quòd sint æquales, & ex consequenti quod sint tres. Consequentiæ probantur: prima quidem, quoniam aliter diuina bonitas non esset uniformiter communicata, sicuti est formaliter communicabilis, ut patet per suppositum; Secunda uerò deducitur, nam si diuina bonitas uniformiter est impartita, per primam sequelam, tunc illud, cui cōmunicata est ipsa bonitas, erit idem, quod Deus, & per consequēs ei aequale, quoniam tunc propter uniformitatem factæ cōmunicationis boni, unam, & eandem retinebunt formam, igitur &c. Tertia autem probatur, quia si plurificatæ sunt per-

ſonæ diuinæ, per primã ſequelam, tunc quum nulla perfectio ſit à bonitate Dei deneganda, determinatus numerus perſonarum erit ad inſtar numeri perfectionem; ſed numerus ternarius eſt omnium perfectisſimus: igitur tres ſunt diuinæ perſonæ: Quòd autem numerus ternarius ſit omnium perfectisſimus, eſt communis omnium recepta ſententia, ſicuti etiam demonſtrat Ariſtoteles in 1. de Cælo circa initium, ubi ab ipſa ueritate coactus ſubdit, quod propter ternarij numeri perfectionem, Deum ipſum ternario honoramus numero, et hoc totum confirmatur, quoniam formaliter omne bonum eſt uniforme: ergo omne bonum uniformiter neceſſario communicatur: Ergo diuina bonitas uniformiter necesſitate naturæ eſt impartita: ergo diuinæ perſonæ ſunt plurificatæ, ergo æquales: ergo Tres; Ergo Philoſophi in proprio principio errarunt: Omnes conſequentiæ patent per ſuppoſitum, & per, ea, quæ dicta ſunt in ratione præcedenti. Antecedens uerò probatur ſic. Vnius rei unicum eſt eſſe; ergo unica forma; ergo unumquodq; ens eſt v-

niforme; ergo omne bonum est uniforme. Antecedens clarum: Consequentiæ uerò probantur: prima quidem, quia omne esse est à forma; Secunda uerò, quia illud dicitur esse uniforme, quod unicam habet formam dantem esse: Tertia autem, quoniam ens, & bonum conuertuntur, sicut dicitur in 2. Eth. cap. 8. Ex his igitur colligitur primo, quod nos Christiani nullo pacto astringimur confiteri Deum ad extra suam bonitatem necessitate naturæ communicasse, quia ponimus communicationem boni ad intra necessitate naturae esse factam, & per consequens, quòd ignorantia huius communicationis fuit in caussa, ut Philosophi dicant Deum ad extra ex necessitate naturae caussare, uti etiam supra diximus: Secundò patet, quòd ratione naturali cognosci potest diuinam bonitatem esse necessitate naturae ad intrà impartitam, & per consequens quòd diuinæ personae sint tres, & inter se æquales, quod quidem uerum etiam esse dupliciter confirmatur, et primo, quoniam aliter Philosophi, naturaliter loquendo, non erra

Qđ rõne naturali cognosci posſit communicationem boni ad ĩtra fuisse factã necessitate naturæ.

Prima ratio.

runt asserendo, Deum ad extra necessitate naturae suam communicasse bonitatem: Sed consequens est falsum: igitur & illud, ex quo sequitur. Consequentia deducitur, quia si dixeris diuinam bonitatem esse ad intra communicatam non posse naturali lumine cognosci, tunc, naturaliter loquendo, necessario sequitur eandem bonitatem ad extra esse necessitate naturae impartitam, & per consequens quòd Philosophi naturaliter sint bene loquuti, licet supra naturaliter errauerint: patet consequentia, quoniam bonitas diuina necessitate naturae communicari debebat, & hoc solum duobus modis expleri poterat, uel ad intra.s.uel ad extra à sufficienti diuisione, & negando primum modum, necessario sequitur, secundum necessitate naturae à Deo fuisse intentum, uti supra deduximus: igitur etc. falsitas uerò consequentis, probatur, quoniam nostri Theologi naturali ratione redarguunt Philosophos, inquantum uolunt, Deum ad extra necessitate naturae caussare, quod non esset uerum, si naturaliter cognoscere non ualeremus,

remus,

remus, diuinam bonitatem esse ad intra communicatam, ut patet per supradicta sequela probationem: Consequens ergo erit dicere, aut quòd nostri Theologi errent naturaliter Philosophos in hoc impugnando, aut quod naturali lumine sciri possit communicationem bonitatis diuinæ adintra fuisse factam, sed illud asserere est contra Sacrosanctam Romanam Ecclesiam: ergo hoc erit necessario confitendum: igitur &c. Secundo idem probatur per sacram scripturam quando Dominus dicit per Esaiam cap. ult. Ego, qui generationem aliis tribuo, sterilis ero? quasi uelit innuere, quod nos naturali lumine cognoscere possimus Deum, Deum genuisse &c. Secũda. Esaias.

Quantùm uero spectat ad media ad hunc finem ordinata, imprimis recordare, quod ista media sunt creatio, mensura iam assignatae operationis & rerum conseruatio, cum eius mensura, ut dictum est supra: Secundo nota, quòd Deus duobus modis concurrit ad mensuram operationis; primo quidem simpliciter ad construendam mensuram; Secundo Quo pacto deus concurrat ad mensurã operationis.



uerò non solùm simpliciter ad caußandã mensuram, sed etiam ad faciendum, quòd talis mensura sit decem, aut uiginti gradus perfectionis: prima quidem dicitur mensura operationis simplex: secunda verò mensura eiusdem signata:

Tertiũ *Tertio aduerte, quòd prædicta media possunt dupliciter considerari, uel simpliciter, et in se, prout. s. non habent respectum ad finem, uel è contra per respectum. s. ad finem: His autem prænotatis, tunc diceret Aristoteles; si media primo modo considerata accipiantur, tunc Deum ad ea caußanda concurrere liberè, quia pro tanto à Deo producuntur pro quanto ad finem ordinantur; si uerò prædicta media considerantur secundo modo, tunc Deus necessitate naturæ ipsa producet secundùm Aristotelem, quod quidem probatur sic: finis horum mediorum necessitate naturæ à Deo producitur; ergo & ipsa media: deducitur sequela, quia eo modo uolumus media, sine quibus finis haberi non potest, qua ratione uolumus finem, sed sine prædictis medijs iste*

finis à Deo non potest haberi: igitur &c. Maior est clara, secundùm quam etiam intentionem scribit Diuus Thomas prima parte sum. q. 19. art. 3. Minor patet, quia prædictus finis est immediata boni communicatio, quæ intenditur à primaria Dei uoluntate, sed prima Dei uoluntas non potest adimpleri sine prædictis medijs, ut dictum est supra: igitur &c. Colligitur ergo, quòd Deus pura & simplici naturæ necessitate concurrit ad caussandam boni communicationem, & quòd ideò creauit, et posuit in rebus mensuram communicatæ bonitatis, ac etiam res conseruat, quia uoluit communicare entitatem, & non è contra, cuius ratio est, quoniam media ordinantur ad finem, & non è conuerso, sed communicatio boni est finis, cætera uerò media, ut dictum est: igitur &c. In hoc aūt dicto nos Christiani discordamus à Philosophis, quoniam dicimus prædicta media per respectum ad finem considerata non caussari à Deo necessitate naturae, quòd quidem probatur sic: finis horum mediorum secundum

Diuus Thomas.

Corollarium.

Dissentio philosophi cum cristianis.

Nos Christianos non producitur à Deo necessitate naturae: ergo nec ipsa media. patet consequentia per rationem praecedentem, quam pro Philosophis adduximus &c. Et haec satis dicta sint circa operationes primae uoluntatis &c.

Qđ deus libera uolunta te producat secundum fine.n.

Quantùm autem pertinet ad operationes secundam uoluntatem adimplentes, quod erat secundum in ordine propositum, eundem ordinem seruando; Imprimis recordare, qđ huiusmodi finis sit operatio mediata, seu mediata diuinae bonitatis communicatio, & tũc diceret Arist., Deum ex necessitate natura hunc finem non producere, cuius ratio est; quia principalis, et originalis huius finis caussa dicitur esse uoluntas diuina, quo dato sequitur conclusio per ea, quae suppcsuimus:

Ratio prima.

Quòd autem uoluntas diuina sit principalis, & originalis huiusce finis caussa patet tripliciter, & primo, quia iste finis est ut diximus, uelle, ut alia entia communicent quam receperunt bonitatem, sed hoc principaliter, & originaliter referri non potest ad bonitatẽ,

uel ad immobilitatem, seu ad intellectum diuinum, ut unusquisq; sana mentis iudicabit: igitur à sufficienti diuisione principalis, & originalis huius finis caußa dicitur esse uoluntas diuina: ergo &c. Secũdo; quoniam aliter Deus dependeret à materia, quod est per se falsum, et impossibile contra Arist. 12. Met. tex. 38. Consequentia probatur, quia necessitas huius operationis diuinæ fundamentaliter à materia, & à rebus ipsis pendet: etenim per hunc finem solum formæ de potẽtia materiæ per agentes naturales extrahuntur, uti supra diximus: igitur &c. Secũda.

Tertio arguitur sic: Caussa motus cælestis principalis, & originalis est uoluntas diuina: ergo eadem uoluntas hunc secundum finem principaliter, & originaliter producit. Antecedens probatur per Arist. 6. Ph. tex. 15, ubi habet quod omne, q̃d mouetur potest tardius, & uelocius moueri, quæ Arist. sententia non foret uera, si motus Cœli non haberet relationem ad uoluntatem diuinam, tãquàm ad caussam principalem, originalem, & im- Tertia.

mediatam, quoniam cuilibet potentiæ passiuæ respondet actiua, & è conuerso, ut patet. 5. Met. cap. de potentia. Consequentia deducitur, quoniam idem principaliter est caussa finis, & mediorum, sine quibus ipse finis haberi nõ potest, ac proinde eo modo uolumus media, sine quibus finis potiri nequit, qua ratione uolumus finem, sicuti supra diximus; sed motus est medium ad consequendum hunc secundũ finem, & non potest sine ipso hic finis aßequi, ut supra annotauimus: igitur &c. Huic autem conclusioni correspondet Simplicius 6. Ph. in expositione contextus supradicti, ubi loquens de actione diuina dicit; quod licet Deus sẽper eadẽ faciat, nihilominus illa necessitate naturæ nõ producit; nã, inquit, cũ Alex. neq́ boni agunt bona coacti, etsi semper eadem faciant, sed habent potẽtiam ad oppositum etc. Tu autem intellige Simplicium loqui quantùm ad operationes secundam Dei uoluntatem adimplentes, non autem quantùm ad operationes primæ uoluntatis, quia ipse alibi scribit, ut supra annotauimus, dicens mundũ

Opinio Simplici.

habere dependentiam à diuina bonitate, & impossibile esse, Deum secundum conditorem sine operatione, & otiosum fuisse aliquando, quae duo Simplicii dicta non bene sibi constarent, si Deus uniuersaliter secundum eum esset agens liberum, & deinde clarissime apparet, quòd in hoc secundo dicto ipse loquatur de operationibus primæ uoluntatis &c. Et in hac quoq; conclusione conueniunt Philosophi cùm Nobis Christianis; quia Nos dicimus, diuinam uoluntatem esse principalem, & originalem caussam omnium operationum ad extra etc. Conuenientia philosoph: cũ Cristianis.

Quantùm uerò spectat ad media ad hunc finem ordinata imprimis recordare, quod huiusmodi media sunt motus, rerum conseruatio cũ suis mensuris, ut diximus: Secundo aduerte, quòd prædicta media quatrupliciter cõsiderari possunt; primo quidem simpliciter, & in se, prout. s. non habent respectum ad finem; secundo uerò è conuerso, ut. s. referuntur ad finem; Tertio autem prout respiciunt suã caussam principalem, & originalem; Quartò Primum notabile. Secũdũ Tertiũ. Quartũ

& ultimo demum prout habent relationẽ ad aliquã caussam immediatã &c. His stantibus suppositis diceret Arist. si prædicta media accipiantur tribus primis modis, tũ Deũ ad ea causanda non concurrere necessitate naturæ, sed liberè: In primo quidem modo, quoniam pro tanto producuntur à Deo, pro quanto ad finem ordinantur; In secundo uerò, et tertio, quia caussa ipsorum principalis, et originalis est uoluntas diuina: etenim idem principaliter, & originaliter caussat finem, et media ad ipsum finem ordinata, sicuti supra diximus, sed caussa finis horum mediorum, principalis, & originalis est uoluntas diuina, ut patet ex superioribus: igitur &c. Hoc aũt concesso sequitur conclusio per ea, quae dicta sunt: ergo &c; Si uerò praedicta media accipiantur ultimo modo, tunc diceret Aristoteles motum, rerum conseruationem & eius mensuram non causari à Deo necessitate naturae, quia istae operationes congruenter ad nullam aliam caussam immediatam referri possunt, nisi ad uoluntatẽ diuinam, ut quisq;

Primũ dictum Arist.

Secũdũ.

lanæ

ſanæ mentis iudicabit: ergo &c. Et ex his colligitur, quòd conſeruatio rerum cum ſua mẽſura, uno modo à Deo producitur neceſſitate naturæ, alio uerò pacto minime: reſpectu quidẽ primæ uoluntatis neceſſitate naturæ à Deo cauſſatur; reſpectu autem ſecundæ uoluntatis, liberè efficitur ab eodem: ſi uerò motus menſura, quam modi operandi menſuram ſupra appellauimus ultimo modo cõſideretur; tunc aliter diceret Ariſt., & pro intelligentia dicendorum aduerte, quòd Deus ad hanc menſuram concurrit quantùm ad duo, primo quidem ad conſtruendam ipſam menſuram ſimpliciter; ſecundo uerò non ſolum ad cauſſandũ hoc, ſed etiam ad faciendum, quod talis menſura modi operandi, ſeu motus, ſit uiginti quatuor horarum, ut eſt mẽſura motus primi mobilis; prima quidem dicitur menſura modi operandi ſimplex; ſecunda uerò menſura eiuſdem ſignata, & utraq; in hoc differt, quia in prima dicitur, Deum eodem ſemper uti modo in mouendo; In ſecunda uerò præter illud, quod erat in prima aſſeritur quod ille modus ſit ui

Corollarium.

Quomodo deus concurrat ad menſurũ modi operãdi.

ginti quatuor horarum, aut plus, aut minus:
Tertiũ. His autem sic stantibus tunc diceret Arist. quod Deus, ad mensuram simplicem caussandam, concurrit necessitate naturæ, quia immediata caussa huiusmodi mensuræ secundùm ipsum dicitur esse Dei immobilitas, pro qua intentione scribit 8. Ph. tex. 53; inquiens; Immobile quidem enim eodem, & uno motu semper mouebit eodem modo; & 2. Cæli tex. 36. & 37; ostendit regularitatem motus cœlestis per Dei ipsius immobilitatem, quæ regularitas dicitur esse mensura modi operandi &c.
Quartũ Diceret deinde Arist. quòd Deus originaliter ad caussandam mensuram modi operandi signatam, libere concurrat, quoniam caussa originalis huiusce mensuræ est ipsa Dei uoluntas; nam propter quid mouet in uiginti quatuor horis, hoc, inquam ad Dei immobilitatẽ referri nõ potest; immobilitas enim nõ est caussa mensuræ signatæ; propterea quod sufficit immobilitati, ut Deus eodem moueat modo, siue iste modus fiat in quatuor, aut in uiginti horis, parum ei referre uidetur: Vnde mensuræ

ſignatæ uoluntatem diuinam,ſecundum origi nem,immediatam cauſſam de mente Ariſt. fuiſſe arbitror. Diceret inſuper Ariſt. quòd in temporis proceſſu Deus non poſſit menſuram modi operandi ſignatam uariare, quia in temporis progreſſu intenditur à Deo neceſſitate naturæ propter eius immobilitatem: etenim Deus immobilis exiſtens ſemper eodem pacto mouebit; ut dicitur 8. Ph. loco citato: Quadere Deus, ſecundùm Ariſt. ab æterno potuit eligere plus, uel minus tempus ad mouendum; poſt uerò æternitatem amplius nō ualuit, quia Deus immobilis exiſtens ſemper eodem mouet pacto &c. Ex omnibus autē, quæ dicta ſunt colligere licet, Deum ſolum ad operationes primæ uoluntatis, & ad menſuram modi operandi concurrere ex neceſſitate naturæ; ſed differētia eſt deinde, quia ad illud cauſſandū Deus ꝓuenit uolūtate conſequēte, ſeu concomitante ſolū; ad hoc uerò efficiendū uolūtate antecedente quoq;, ſicuti colligere poteris ex ſupra dictis; Verumtamen uoluntate antecedente aliquid producere non eſt ſimpliciter

Quintū.

Corollarium.

necessarium illud efficere, unde simplici naturae necessitate solummodo ad operationes primae uoluntatis prouenit, ad reliquas uerò minime &c. In his autem, quæ dicuntur à Philosophis circa mensuram modi operandi: Nos Christiani discordamus ab ipsis, quia dicimus uoluntatem diuinam non solum esse caußam principalem, et originalem cuiuscunq; operationis diuinae ad extra; sed etiam immediatam, & haec sufficiant quantum ad operationes secundæ uoluntatis.

Dissētio ph. à Christianis.

Quantum uerò spectat ad tertium principale propositum, quod erat demonstrare quomodo Deus ad amandos uiros bonos, et sapientes concurrat; Est primo sciendū, quod Deus amat uiros bonos, et sapientes duplici amore, primo quidem amore generali, quo etiam res omnes diligit; secundo uerò amore spetiali, de quo Philosophus loquitur locis superius citatis. Et quantum ad primum amorem spectat, diceret Arist. Deum concurrere necessitate naturæ; quoniam Deus amore generali amat omnes res, in quantum suam commu-

nicauit bonitatem, sed Deus secundum Arist. necessitate naturæ impartitus est suam bonitatem, Igitur etc: Minor patet ex supra dictis, Maior uerò probatur sic; quoniam nihil est amabile nisi ipsum bonum, sed omnia entia preter Deum sunt bona, inquãtum Dei bonitate participant, igitur Deus diligit res omnes propter boni communicationem; unde colligitur quod hac operatio reducatur sub primo fine à Deo intento, quòd est sub ipsa boni communicatione immediata, & sicuti datur mẽsura communicationis boni secundum magis & minus ut supra, ita etiam, & amoris generalis. Et in hoc dicto dissentiunt Christiani à philosophis, quoniã nos Christiani dicimus deũ nullo pacto necessitate naturæ ad extra agere, ut supra etc: Quantum uerò ad secundum amorem pertinet conueniẽdo Arist. cum nobis Cristianis diceret; Deum ad hanc operationẽ efficiendã necessitate naturæ non prouenire, quòd quidẽ patet, tripliciter, pri. quoniam hic amor in sola uoluntate consistit, quo dato, sequitur conclusio per ea quæ posui-

Dissẽtio Ph. à Christianis.

mus; secundo nullum contingens in aliquo effectu est necessarium respectu causæ illud effectum producentis, sed contingens est, quòd aliqui homines amentur; uel odio habeantur à Deo respectu hominum, qui sunt effectus Dei, ergo Deus non amat necessario uiros bonos & sapientes; maior clara, minor uerò probatur, quoniam omnis uirtus moralis, & omnis sapientia propter quas Deus spetiali amore diligit homines, est contingens in hominibus.

Tertio quòd neq; ut finis, neque ut media ad finem, intenditur ab agente, id necessitate naturæ ab eodem non producitur, sed ista operatio à Deo causata est huiusmodi. igitur necessitate naturæ ab ipso non producitur, maior clara. Minor uerò patet per ea; quæ dicta sunt; est autem notandum, quòd sicuti dantur secundum magis, & minus homines sapientes & boni, ita quoq; datur mensura amoris spetialis.

Sed antequam huic negotio extremam manũ imponamus duo erunt demonstranda, pri

mum quidem est, quo ordine Deus ad oēs suas operationes efficiendas deueniat. Secundum uerò est in quo genere causæ, Deus agere dicatur. Quantum ad primum. Diceret Arist. quòd deus ordine naturæ primo producat operationes internas, deinde uerò externas, primo quoniam Deus in primo naturæ signo seipsum respicit, in secundo uerò signo alia entia; secundo quia illud est prius prioritate naturæ à quo non conuertitur subsistendi consequentia, sed internæ operationes non conuertuntur cū externis. Ergo &c. Maior est Arist. in prædicamentis & 5. Metha. Vtrobique cap: de priori. Minor uerò probatur; quoniam internæ operationes fieri possunt sine externis, sed non econtra. Igitur &c. Diceret deinde Arist. ꝙ Deus circa Internas operationes prioritate naturae, primo ducatur ad intelligendum, secundò uerò praefiniendum, quia haec operatio non potest fieri sine illa, sed dicere econuerso non ualet, quo dato sequitur conclusio per rationem praecedentem &c. Circa uerò externas operationes, Di

ceret Arist. quòd Deus prioritate naturæ primo concurrat ad operationes primæ uoluntatis, & ad amandas res omnes generali amore, cum hec operatio sub istis reducatur, ut supra etc. secundo uerò ad operationes secundae uoluntatis; tertio autem ad amãdos uiros bonos, & sapientes amore spetiali, quia operationes uoluntatis secundae fieri non possunt, nisi primae uoluntatis opera praecedãt, non enim mediate suam bonitatem communicare poßet, nisi prius illam immediatè esset impartitus; neq; spetiali amore diligere potest Deus uiros bonos, & sapientes, nisi praecedant operationes secundae uoluntatis; quoniam homines in hoc mundo inferiori nihil boni, aut mali sine motu agere possunt, propter quas causas, Deus illos spetiali amore, diligeret, aut odio haberet, quibus omnibus concessis, sequitur conclusio per rationem praecedentem. Circa autem opera primae uolũtatis, hoc Deus procedit ordinae, primo Creando suam bonitatem communicat, & entia generaliter diligit. secundo Communicando ponit mensuram cõ-

municationis, & amoris generalis, atq; conser uat. Circa uerò operationes secundæ uolunta tis primo Deus mouendo, eodem mouet pacto: secundo eodem mouendo modo conseruat, & suam bonitatem impartitur etc. Ex his autẽ colligitur primo, quòd Deus primo intelligit: Secundò præfinit: Tertiò, quòd suam immediatè bonitatem communicat: Quartò Eandem bonitatem impartitur mediatè: Quintò, & vltimò, quòd amore spetiali diligit uiros bonos, & sapientes &c. Secundò colligitur, quòd Deus non eodem modo procedit ad consequendum primum & secundum finem: quia illud aßequitur in primo loco, hoc autem in ultimo &c. Tertio colligitur, quod licet Deus (uniuersaliter loquendo) ut supra diximus, non sit neq; agens liberum, neq; necessarium; nihilominus primo ei competit agere ex necessitate naturæ: secundo uerò loco liberè, et hoc secundum Arist. est uerum, tùm quantùm ad internas Dei operationes, tùm quantùm ad externas; quoniam Deus quantùm ad illas, primò ad intelligendũ ducitur,

ſecundò ad præfiniendum : ſed hoc Deus producit liberè, illud uerò neceſſitate naturæ, ſicuti ſupra diximus; igitur &c. Idem etiam patet quantùm ad externa opera; quia Deus primò ad operationes primæ uoluntatis uenit producendas ; ſecundò uerò ad alias operationes efficiendas: ſed ad illas ſecundùm Ariſt. intentionem cõcurrit neceſſitate naturæ, ad has uerò liberè, ut ſupra annotauimus : igitur &c. Et quantùm ad hoc dictum nos Christiani, negando neceſſitatem in externis operibus, cõuenimus primò cùm Philoſophis, inquantum dicunt primò competere Deo agere ex neceſſitate naturæ; quoniã primò Deus per nos Chriſtianos uenit ad producendas operationes internas neceſſarias; ſecũdò contingentes, ut puta ad præfiniendum, ut ſupra &c. Tertio uerò ad externas; ſed ad primas ſecundùm noſtram fidem, et ueritatem concurrit Deus neceſſitate naturæ, ad reliquas uerò liberè : igitur &c. Et haec conuenientia, ſi rectè conſideres, mixta eſt cum multa diſſentione, ſicuti tu ipſe poteris ſcire etc. Secundò, diſcordamus

Conuenientia philoſoph: cum Chriſtianis.

Prima diſſẽtio ph. cum Chriſtianis. Secunda.

à Philosophis ; quoniam internae operationes non solùm praecedunt externas prioritate naturae, sed etiam duratione; quia pro nostram fidem mundus non est ab æterno creatus, sed in instanti temporis: igitur &c.

Quantùm uerò ad secundam difficultatẽ pertinet, primò scias uelim, quòd caußarum genera sint quatuor, efficiens s. formale, materiale, & finale, ut patet. 2. Ph. tex. 28. & 29. nec non 5. Met. cap. de caussa; & hoc stante conueniendo Arist. cùm Christianis diceret, quòd Deus sit caussa in triplici genere caussarum, in genere s. caussæ efficientis, finalis, & formalis, quod quidem probatur sic; In omni genere caußarum deueniendum est ad primum; sed prima forma, primum efficiens, & primus finis est Deus: igitur Deus dicitur esse caussa in his tribus generibus causarum. Maior est Aristotelis 2. Met. cont. 6. Minor uerò patet; quoniam absurdum est dicere, aliud ens à Deo diuersum esse primum efficiens, primam formam, et primum finem. etc. Huic autem conclusioni correspondet Auer. Auer.

in 12. Met. com. 6, & 36, & 38. ubi dicit, Deum esse caussam omnium entium in tripli ci genere caussa, efficientis. s. formalis, et finalis, & subdit, quod in abstractis à materia idem sit efficiens, & finis &c. Ex omnibus autem, quae dicta sunt patet, utrum benè, an malè Aristotelis Interpretes circa intentionem Philosophi de actione diuina, et eius caussa sint loquuti; & apparent etiam conuenientiae, & discordantiae Philosophorum cum Christiana ueritate, & per consequens errores ipsorũ: Nunc autem propter perfectam huius negotii consumationem ad tertiam partem principalem uenire oportet, &c.

Responsio ad primam rationem

Quantum autem pertinet ad tertium principale propositum, concederet Arist. Deum esse Agens per electionem, uoluntatem, & intellectum; sed negaret deinde, ipsum simpliciter & uniuersaliter agere ex necessitate natura, uti supra diximus. Itaq; ad eius authoritatem, cum dicitur, aeternorum caussam esse necessariam &c. Respondeo, quòd philosophus uult, Deũ quantùm ad immediatam boni cõ

municationem concurrere necessitate naturæ; sed non propterea sequitur, ipsum simpliciter esse agens necessarium, quia præter boni communicationem dantur aliæ Dei operationes, ut adnotauimus supra &c.

Ad secundam autem rationē, cùm dicitur; deus est mouens necessarius &c. Ph: negando antecedens, ad eius primam probationem diceret, supponendo prius, quòd omnis motus constituitur ex natura, & uirtute mobilis, et motoris; unde scribitur 7. phy. contex. pr. quòd omne quod mouetur necesse est ab aliquo moueri, & hoc supposito, tunc concederet, quòd natura mobilis auferri A corpore calesti non possit; quia qui dicit mobile, dicit corpus, & è conuerso, ut habetur 6. phi: Sed negaret deinde, quod natura, & uirtus motoris necessario motū in cælo producat; quoniam deus admouendum libere ducitur, ut diximus &c. Ad secundam, cùm dicitur, si deus non necessario moueret &c. diceret Arist. quòd multa facere potest deus, quæ propter necessitatem congruentiæ non producit,

ut habetur 4. top. cap. 5. ut etiam ibi scripsit Alexander; unde fit quòd deus moueat necessitate idoneitatis, non autem naturæ. Diceret insuper, quòd licet deus liberè motum efficiat, Nihilominus mouendo non potest eodem non mouere modo; quoniam ad motus regularitatem caussandam prouenit necessitate naturæ, ratione suæ immobilitatis, quæ huiusce operationis caussa est immediata, sicuti suprà declarauimus &c. Ad tertiam aũt, cùm dicitur: generatio est necessaria &c. diceret Arist: motum esse necessarium respectu rerum, non autem respectu dei; quia entium perfectio non solum consistit in esse, uerum ẽt in operari, sed entia sublunaria sine motu operari nequeunt; igitur &c. Ea propter Arist: 3. meth: tex. 12. & 12. meth: tex. 34. & 2. de gene: tex. 56. arguit, quòd agens particulare requirat vniuersale, ac inde astruit, motum cæli esse necessarium. Item. 2. Cæli tex. 20. & 21. ponit generationem pro medio ad ostendendam motuum cælestium pluralitatem: Ergo signum est euidentissimum, quòd mo-

tus sit necessarius respectu rerum, non autem respectu dei &c. Ad ultimam uerò, cùm dicitur; quod substantiæ abstractæ non habent potentiam, ut non moueant &c. dicendum, q duplex est potentia, quædam, quæ defectum uirtutis sequitur, et sic substantiæ abstractæ cum sint puri actus non habent potentiam defectosam, ut sua scilicet uirtus deficere possit; quoniam omnis talis potentia ex materia prouenit &c. Alia autem est potentia, quæ fluit à uoluntate, & hæc perfectionem dicit, non aũt imperfectionem, et sic deus potest uelle motum non caussare, uti suprà determinauimus: qua de re Arist. loco citato per aduersarium de illa non autem de hac loquebatur &c.

Ad tertium autem argumentùm, cum dicebatur; si deus non necessario &c. diceret Arist:, quod immobilitas non excludat agẽdi libertatem in Deo; quoniam ipse, aut per bonitatem, aut per intellectum, aut per uoluntatem principaliter suam producit actionem &c. Ad tertiam.

Ad quartum concederet Arist:, deum Ad quartam.

ad suam immediatè bonitatem communicandam concurrere ex necessitate naturæ, sed non propterea sit consequens, deum simpliciter esse agens necessarium; quoniam dantur aliæ operationes diuinæ præter boni communicationem ad quas efficiendas libere prouenit ut supra &c.

Ad quintam. *Ad quintũ, cùm dicitur: quæcunq; facit deus &c. respondeo, quòd quicquid producit deus non potest facere, quin sit bonum, non autem, quòd non possit illud simpliciter efficere; quia non tenet consequentia à sensu composito, ad sensum diuisum, ut communiter dicitur; unde proprium bonitatis est, omnem bonum effectum caußare, non autem simpliciter entia producere &c.*

Ad sextam. *Ad sextũ, cùm dicitur impossibile est etc. concederet Ari. , deũ aliquid ad extra necessitate naturæ producere, sed diceret deinde, quòd argumentum nihil concludat, quoniam caussa, cur homo aliquid ad extra efficit, prouenit ex eius imperfectione, non autem ex sua libera agendi uoluntate: at in deo nulla im-*

per-

perfectionis nota imponitur ; igitur ratio nullius est momenti &c.

Ad Scoti autem rationem, quicquid dicat ipse, responderet Arist: , quod duplex sit contingentia, quædam, quæ prouenit ex perfectione caussæ, quædam verò ex imperfectione eiusdem; similiter etiam duplex est necessitas; quoniam quot modis dicitur unum oppositorum, tot & reliquum: sed necessitas, & contingentia sunt huiusmodi: igitur &c. & hoc stante, diceret phi: quòd necessitas, quæ procedit ex perfectione caussæ sit nobilior contingentia, quæ caussæ imperfectionem sequitur, sicuti contingentia, quæ fluit ex perfectione eiusdem, est nobilior necessitate, quæ caussæ imperfectionem sectatur: Sed loquendo de necessitate, & contingentia, quæ ex perfectione caussæ originem ducunt, tunc necessitas respectu caussæ non est nobilior contingentia, neque è conuerso; quoniam ambo ex eadem perfectione procedunt, &c. Ad Scoti rationem.

Ad illud verò, quod de caussa diuinæ actionis addebatur, patet responsio per ea, quæ dicta Responsio ad rationes

pro caussa actionis diuinę adductas.

sunt: etenim huiusmodi caussa, non solum est immobilitas, & bonitas diuina; sed etiam intellectus, & uoluntas ipsius dei. Caussa uerò, cur deus ex necessitate naturæ agat est eius intellectus, bonitas, & immobilitas; intellectus quidem operationis ad intra: operationis uerò ad extra, primò est ipsa bonitas; secundò autem eius immobilitas; licet loquendo de primo fine, ipsa immobilitas non sit caussa, ut Deus agat ex necessitate naturæ, ut dictum est supra etc. Veruntamen ad argumenta græcorum aliter secundum nostram fidem respondere oportet.

Ad primam rationem.

Et ad primum, cùm dicitur, quòd deus agat propter communicandam suam bonitatē etc. hoc nos Christiani concedimus: unde scribit

Diuus Thomas.

diuus Thomas prima parte summæ quæst. 44. art. 4, quòd deus solum intendit communicare suam perfectionem, quæ est eius bonitas, & unaquæque creatura intendit consequi suam perfectionem, quæ est similitudo perfectionis, & bonitatis diuinae &c. Sed dicimus deinde, quòd communicatio boni ad extra non necessitate naturae à deo producatur;

quoniam non omnis finis ab agente uoluntario necessitate naturae intenditur: quapropter caussa actionis diuinæ ad extra principaliter est diuina uoluntas, ut dictum est suprà; non negamus autem, quòd dei bonitas sit caussa cõcomitans suæ uoluntatis: unde dicit scriptura; Et uidit deus cuncta, quæ fecerat, et erant ual de bona: Ad aliud uerò, dico, quòd aliud est quærere boni caussam, et aliud caussam uoluntatis diuinæ, id est cur deus uoluerit mundum producere, concedimus quidem bonitatem diuinam esse boni caussam effectiuam, sed nõ semper uoluntatis necessitate naturae motiuam, quod quidem contingit, quando diuina uoluntas in agendo, primò se ipsam respicit, secundò dei bonitatem, quod totum tunc fit, quando est sine praeiuditio diuinae bonitatis: idq; uisus est innuere diuus Tho: prima parte sum: quæstione. 104. art. 3. ad 2. cum dicit, quòd bonitas diuina est caussa rerum non ex necessitate naturae; quia dei bonitas non pendet ex rebus creatis, sed per liberam uoluntatem: unde sicut potuit sine praeiudicio bonitatis suae res

Ad secũdam.

Diuus Thomas.

non producere in esse, ita absq; detrimento suae bonitatis res in esse non conseruare potest & q.19.art.3.dicit, quòd deus uult ex necessitate suam bonitatem, caetera deus uult, inquantum ordinantur in suam bonitatem, ut in finem; ea autem, quae sunt ad finem non ex necessitate uolumus, uolentes finem, nisi talia sint sine quibus finis esse non potest; unde cum bonitas dei sit perfecta, & esse possit sine aliis, cum nihil ei perfectionis ex aliis accrescat, sequitur, quòd alia à se eum uelle, non sit necessaria absolute, haec ille &c. & haec sufficiãt pro praesenti quaestione. sit laus, & honor deo optimo maximo, trino & uno, beateq; Mariae semper Virgini.

Amen.



QVAESTIO DE INFINITA VIRTVTE DEI.



Stensurus deum mundum creasse, demonstrare antea oportebit, in illo uirtutem infinitam intensiuè reperiri: etenim uigori solum infinito, creationis actus subiicitur; in quo quidem negotio, ut dilucidè progrediamur, primo ponam aliorum opiniones; secundo quid senserit ph: manifestabo; tertio aduersariorum obiectis satisfaciam &c.

Latini fere' omnes cum Alex: dixerunt, deum non esse infiniti uigoris.

Opinio Prima.

QVantùm spectat ad primum, scias oportet, tres opiniones contra ueritatem extitisse; quarum prima fuit Alex. & latinorum ferè omnium; qui uoluerunt demente Arist:,

deum non esse infiniti uigoris; in cuius opinio nis fauorem sit prima ratio.

Prima ratio.

Si deus, qui primus est motor, haberet uirtutem infinitam intensiuè, tunc sequeretur, quòd motus fieret in instanti, et in non tempore; sed consequens est falsum; igitur & illud, ex quo sequitur, falsitas consequẽtis apparet per Arist: 3. & 4. ph: nec non. 8. eiusdem tex. 15. consequentia uerò est Arist. 8. ph: tex. 79. vbi dicit, quòd, si aliquod mobile moueretur ab aliqua uirtute finita in spatiõ decem annorum; Et huic uirtuti adderetur infinitus uigor; motus fieret in non tempore &c.

Secũda.

Secundò primus motor non potest in non tempore mouere; ergo non habet uigorem infinitum. patet sequela per praecedentem consequentiae probationem; antecedens uerò probatur; quia mobile, & motiuum sunt relatiua, quorum natura est, ut posito uno, ponatur & reliquum, & uno destructo, alterum destruatur, ut dicitur in libro praedicamentorum, sed impossibile est esse mobile, quod possit recipere motum in non tempore ut communiter

dicitur; igitur impossibile est, dari motiuum, quòd possit mouere in non tempore etc.

Tertiò si daretur uirtus infinita actiua, tunc necessario deberet dari infinita passiua, ei correspondens; sed consequens est falsum, et impossibile: igitur & antecedens: falsitas consequentis patet per Arist. in 3. ph: & primo cæli tex: 52. consequentia uerò probatur; quoniam cui libet potentiæ actiuæ respondet passiua; & è conuerso; ut scribit Arist. 5. Meth. capite de potentia. &c. Tertia.

Quartò si deus haberet uirtutem infinitã, sequeretur, quòd nullum ens foret perfectius alio: sed consequens est falsum per se, igitur & antecedens; consequentia patet per Arist. 2. Cæli tex. 62. ubi dicit, quòd, quantò magis aliqua substantia est deo propinqua, eò magis dignior, & nobilior existit, sed si deus ponitur esse infinitæ uirtutis, tunc distaret ab omnibus substantiis æqualiter; quoniam à quacunq; substantia, cum omnes sint perfectione finitæ, distaret in infinitum: igitur &c. Quarta.

Vltimò si deus haberet uirtutem infinitam Vltima.

intensiuè, tunc ipse, aliter, quàm per generationem esse istorum inferiorum cōplere posit; sed consequens est falsum; igitur, & antecedens. Consequentia clara: falsitas verò consequētis patet per Arist. 2. de gene. cap. penultimo; Vbi aßerit generationem à Deo fieri in quantum ipse appetit complere esse istorum inferiorum. &c.

Opinantur nonnulli Arist: confiteri, deum esse uigoris infiniti; sed ipse non bene suum intentum probasse. Opinio secunda.

Scotus. *SEcunda fuit opinio quorundam Arist: interpretum, inter quos Scotus esse uidetur, 7. q. quolibet: qui tenent de mente ph: deum habere uigorem infinitum; sed ipsum non benè probaße suum intentum; quia deum esse uirtutis infinitæ, non potest ratione naturali cognosci; quod quidem probant sic; quantitas uirtutis, naturaliter, ex effectu quantitatis cognoscitur; sed deus nequit effectum infinitum producere: igitur eius uigor infinitus naturali lumi-*

Ratio unica.

ne sciri non potest &c. maior est Arist. primo cali tex. 116. minor uerò concessa est apud omnes: ergo. &c.

Nonnulli ausi sunt dicere Arist: asserere, deum neque finitæ, neq; infinitæ esse uirtutis.
Opinio Tertia.

Tertia autem est opinio Auerr: secundum quòd ei imponit Ioannes gandauensis 8. ph: q. penultima & 12. Meth: q. 15. qui asserit deum, neq; finitum, neq; infinitum esse in qualitate uirtutis; cuius opinionis rationes in medium afferre superfluum esse duxi; etenim ista positio in se ridiculosa esse uidetur: nam si nec finita, nec infinita foret diuina uirtus, tunc profectò deus nullum haberet uigorem: sed consequens est falsum, & ridiculosum, igitur & illud ex quo sequitur: quapropter idem Ioannes, quia uidit, hanc opinionem esse nimis erroneam, & rem ipsam melius deinde considerando, dixit in lib. de substa: orbis. q. 15. quòd opinio Auerr: & Arist: non differt à Christiana ueritate, & fide Catholica in re, sed in

Auerr Gandauensis.

Gandauensis.

uerbis tantum &c. his igitur suprà dictis rationibus fulciti, conati sunt Arist: interpretes demonstrare, tùm de mente Arist: tum etiam naturali lumine non posse cognosci, deū esse uigoris infiniti, sed quàm malè sint loquuti infra apparebit; ea propter ad secundam partem principalem descendamus.

Ponitur uera Arist: sententia.

Q*Vantùm pertinet ad secundum principale in ordine propositum, est primo notandum pro quæsiti intellectu, quòd præsens quæstio uertitur solum de mente Arist: etenim nos Christiani indubitanter credimus, deum esse uirtutis infinitæ intensiuè. Et qui aliter censet, hæreticus de facto habetur à sacro Sancta Romana Ecclesia, cuius ueritas est infallibilis. Secundò aduerte, quòd ly (infinitum) est nomen æquiuocum: ea propter ne error in æquiuocatione committatur; distingui debere arbitramur; sicuti iussit Arist: primo cæli tex: 110. primo autem accipitur infinitum, ut est*

Infinitū est nomen æquiuocum.

passio quantitatis continuæ, de quo sermo est in 3. phi., atq; de hoc in præsentia non loquimur; quoniam deus nullam habet magnitudinem, sicuti testatur Arist. in calce 8. ph: nec non in 12. Methap: tex. 41. Secundo modo dicitur infinitum in duratione, & extensiuè, sicuti intelligentiæ sunt infinitæ durationis, & extensiuè; quia infinito durant tempore; neq; de hoc infinito in præsentia disputatur, quoniam in hoc sensu dubium non est, deum esse infinitum; etenim æterno durat tempore; Tertio autem modo appellatur infinitum in uigore, & intensiuè, de quo præsens uertitur quæstio: infinitus autem uigor est uirtus actiua īfinita, & inlimitata in qualitate actionis, uti docet Auerr: 12. Meth: tex. com. 41. Auer: *quæritur ergo in præsentia utrum dei uirtus sit infinita in uigore .i. utrum diuina uirtus sit limitata, & finita in qualitate actionis, ità ut, applicando diuinam uirtutem motui, non possit mouere primum mobile minoris temporis spatio, quam 24. horarum; an uerò eadem uirtus sit infinita, et inlimitata, ut. s. quocunq;*

VNde ſoluitur, & dubitatio diù dicta, utrum contingat, aut non contingat diſſolui cæli conſtitutionem, ſi ſit ex immobili principio ortum, hæc Ariſt: quibus tanquàm ſuppoſitis; tunc ſic argumentor: Homerus per ly. (immobile) ſignificat nobis, quòd dei immobilitas arguat infinitum eius uigorem. Ergo ſecundum Ariſt: eadem immobilitas eundem demonſtrat uigorem; conſequentia probatur; quoniam hic ph: ex Homeri dictis, oſtendit immobilitatem dei, eſſe medium ſufficiens, ad demonſtrandam cæli incorruptibilitatem, quod quidem indicare Ariſt: non poſſet ſi ly. immobile, alio pacto acciperet, ac Homerus intelligit: etenim tunc eſſet fallacia inæquiuocatione: antecedens uerò probatur, ſic; infinita uirtutis duratio non ualet quocunq; gradu uigoris dato, reſiſtere, niſi adſit infinita eiuſdem intentio; ſed quod eſt omninò immobile poteſt per Homerum quocunq; dato uigoris gratu reſiſtere; igitur per Homerum dei immobilitas arguit eiuſdem uirtutem infinitam intenſiuè: maior clara: minor uerò patet intex: etc.

Prima ratio.

Sed hoc fortaſſe nihil eſt ad ea, quæ addit ph: dicit enim ex dictis Homeri, ſolui dubitationem; utrum contingat cælum diſſolui nec nè, ſi ex immobili principio ſit ortum. & pro uerborum Ariſt: intelligentia; eſt notandum, quod per ly. (cælum) intelligit uniuerſum, ſecundum quòd declarauerat primo cæli tex. 96. & 97. Et tunc ſcias, quòd ph: loco citato tangit de caelo duas quaeſtiones, una eſt; utrum mundus fuerit factus à deo; & quantum ad hoc uidetur dubitatiuè loqui; & proptereà ponit particulam, ſi, quae nota eſt dubitationis; alia quæſtio eſt; poſito, quòd cælum ſit factum à tali principio; tunc inquit quaeritur utrum poſſit tale principium conſeruare mundum, & quantum ad hoc dicit, quòd Deus poteſt uniuerſum conſeruare; quoniam, ait, deus eſt immobile, His autem ſic declaratis, inprimis nota in tex. ly. (Caelum non diſſolui ſi factum eſt adeo) & tunc ſic argumentor, uel Deus poteſt conſeruare caelum factũ per generationem, uel per creationem, à ſufficienti diuiſione; ſi poteſt ſaluare uniuerſum fa-

Secũda. ratio.

ctum per creationem tunc necessariò sequitur, quòd Deus habeat uigorem infinitum, consequentia probatur sic: producere aliquid de infinita distantia solius est uirtutis infinitae intensiuè, sed in creatione ens producitur de infinita distantia; igitur. etc. & hoc supposito, tunc deducitur sequela, quoniam si mundus esset creatus, tunc foret à Deo productus per Arist. in 1. de part: Animal: cap. 1. igitur &c. si autem deus potest conseruare mundum factum per generationem; tunc etiam efficere valeret, corruptibile esse incorruptibile; patet consequentia; quoniam omne factum per generationem, est corruptibile, unde dicitur 1. caeli, & primo de gen: quod omne generabile sit corruptibile, & è conuerso, & hoc stante tunc sub sumo; sed facere corruptibile esse in corruptibile, solius est uirtutis infinitae intensiuè: Ergo Deus uigorem habet infinitum, &c. Et haec ratio iuditio meo, satis est demonstratiua, & insolubilis: Sed fortasse aliquis dicere posset quod non est mirum si ph: hic uideatur dicere, Deum esse infiniti uigo- Obiectio prima.

te sumit pro medio, ly, si cœlum est ortum, non autem immobile principium &c. Sed tu iterum cauillabis dicendo, quòd hic Arist: nõ sit loquutus ad mentem propriam; & proptereà non tenet argumentum. Sed contrà istam cauillationem, arguitur per Arist. 8. ph. tex. 53. vbi per immobilitatem primi motoris ostendit caeli incorruptibilitatem, et aeternitatem; Ergò si eo medio utitur hic ph: quo in 8. ph: ad demonstrandam caeli incorruptibilitatem; consequens erit dicere; aut, quòd nec hic, ne ibi loquatur de mente propria, quod est contra omnes, & contra processum ipsius Arist: qui longo examine in 8. ph: usus est, ad hoc probandum, aut erit necessario confitendum, quòd ista opinio tua sit extra propositum etc. Et cõfirmatur ratio principalis arguendo sic: si immobilitas dei, non argueret eiusdem uigorem infinitum; tunc partes terrae unius mũdi, non mouerẽtur ad locum terrae alterius mundi; si mundi essent plures: Sed consequẽs est contra Arist: primo caeli tex: 79. igitur & antecedens: pro consequentia est notandũ,

Obiectio secunda.

Responsio.

Confirmatio rationis principalis.

Prima suppositio.

quòd si primus orbis quiesceret, nihil moueretur huius mundi inferioris; quia res omnes phisicae motae mouent; ea propter quae mota mouent sunt phisicae considerationis, ut dicitur in 2. ph: tex. 71. Suppono secundò, quòd omne, quod mouetur, necesse est ab alio moueri, ut dicitur 7. ph. tex. 1. tertiò, suppono, quòd motus fieri non potest, nisi sit aliquod immobile per se, & per accidens, ut habetur 8. ph. suppono quartò, quòd non possit uirtus finita mouere nisi sit indistantia debita; Accipio quintò, quòd deus admouendum non possit esse in meliori debita distantia, quàm nunc est, ità quòd, si in alia distantia foret, caelum mouere non ualeret; & hoc sumo ab aduersario tanquàm concessum; quia si Deus perte non habet uigorem infinitum, non potest in qualibet distantia motum efficere, ut patet per quartam suppositiouem; Sextò suppono, quòd si mundus unus moueretur ad alium mundũ, tunc ista distantia, quae nunc inter deum, & mundum reperitur, per praedictam motionem uariaretur, qua uariata deinde deus nõ

Secũda.
Tertia.
Quarta.
Quinta.
Sexta.

posset caelum mouere, ut patet per quartam, & quintam suppositionem; quia tunc deus nõ foret in distantia debita; itaq; si mundus ad alium mundũ moueretur, necesse foret quoq;, ut deus ipse moueatur. Ex quibus omnibus apparet declaratio consequentiae: Nam si mundus unius moueretur ad alium mundum, cum necesse sit moueri ab alio, per secundam suppositionem, tunc ad motum mundi, deus moueretur, per sextam; sed si deus moueretur, tunc motum fieri, esset impossibile, per tertiam; quia motus requirit unum immobile, quod nec per se, nec per accidens moueatur; Sed si hoc Deus non est, nullus profectò erit, ut patet per Arist. 8. ph. Et tunc, si Deus non ualeret mouere caelum, fieret consequens, quòd nihil huius mundi moueretur ad aliud mundum, per primam: igitur &c. colligitur ergo ex omnibus quae dicta sunt quod immobilitas dei arguat eius uigorem infinitum &c.

Secunda uia, quae dicitur esse magis principalis, quàm prima, sumitur ex eodem libro, Secunda uia.

à tex. 78. usq; ad libri finem. Vbi ph. ex intento probat, primum motorem esse infiniti uigoris; ut autem totus Arist. discursus breuiter percipiatur, à tex. ultimo eiusdem libri usq; ad tex. 78. ordine retrogrado debemus procedere: Et supponatur primum, Arist. loqui de uigore infinito, quod deinde demonstrabitur; Et tunc incipiamus hunc modum. ph: in contex: ultimo, talem construit demonstrationem: Virtus infinita non potest esse in magnitudine finita; primus motor habet uirtutẽ infinitam, ergo &c. maior fuit probata in tex. 79. & 80. minor uerò in tex. 78. in quo tota consistit difficultas; quia ph: pro medio ad infinitam dei uirtutem demonstrandam, accipit, posse tempore infinito mouere, dicens, uirtus finita non potest tempore infinito mouere: primus motor mouet tempore infinito; igitur habet uirtutem infinitam; quod quidem medium duplici de causa non uidetur esse sufficiens; & primo, quia sol, & corpora cælestia non habent uirtutem infinitam in uigore, & tamen possunt tempore infinito hac inferiora

Prima dubbitatio.

mouere, & transmutare; & constat etiam ad sensum, quòd istæ uirtutes magnitudinem habeant. Secundò; quoniam aliæ intelligentiæ, secundum Arist:, infinito tempore suum mouent orbem, & nihilominus infinitã intensiuè non retinent uirtutem. Et quamuis circa prædictum contex: uariae circumferantur expositiones, nihilo secius omnes in duas partes contrarias coincidunt; etenim qui uolunt Arist: asserere, deum esse infinitæ uirtutis duratione tantùm; non autem intensiuè, isti communiter opinantur ph: in præsenti contex: per ly (uirtutem finitam) intelligere uirtutem extractã ex potentia materiæ; quæ uirtus dicitur esse generabilis, et corruptibilis, quæ cum non possit tempore infinito durare, non ualet tempore infinito mouere; ex quo uult consequi, primum motorem, cùm tempore moueat infinito, non esse formam de materiæ potentia deductam, seù generabilem, & corruptibilem, & per consequens eundem nullam habere magnitudinẽ; Et confirmant hanc suam opinionem; quia demonstratio facta in tex. 78. fuit ab Arist: po-

Secũda.

Prima expositio.

Confirmatio.

sita, ut possit inferre primi motoris impartibilitatem, ut patet in fine libri &c. Addunt insuper quidam moderni, quod si uirtus generabilis tempore infinito moueret, tunc efficeretur uirtus infinita intensiuè; quod est impossibile: deducitur consequentia; quoniam tunc illa uirtus infinito tempore resisteret caussis ipsam corrumpentibus; Sed omnis resistentia fit cum diminutione uirtutis formae resistentis; Ergo si forma corruptibilis infinito tempore resisteret caussis corrupentibus; tunc foret diminutio sua uirtutis in infinitum; sed hoc uirtuti finita in uigore competere non potest: igitur primus motor, cum tempore moueat infinito, non erit uirtus, seu forma corruptibilis &c.

Impugnatio.

Verum tamen istam expositionem esse contrà ph: probatur sic; demonstratio facta ab Arist: in tex. 78. fuit posita sub hac intentione, ut .s. primi motoris impartibilitas ostendatur; sed si pradicta expositio esset uera, tunc pradicta demonstratio nihil conduceret ad cognoscendam primi motoris impartibilitatem; igitur supradicta opinio non est uera: maior pa

tet primo per Arist: procedendi modum in il lo loco; Secundò patet etiam per aduersarios in confirmatione suæ opinionis; minor uerò probatur; quia non ualet dicere non est à forma extracta de potentia materiæ; igitur non est forma informans; nam anima nostra non est forma deducta, è sinu materiæ, tamen et secundũ ueritatem est forma informans; uti etiã alias, fauente deo, ostendetur de mente Arist: & constat insuper, quòd, si corpus humanum duraret in æternum, anima inæternum ipsum informaret, & hoc sic stante, tunc ego dicerem, quòd, licet deus non sit forma è sinu materiæ educta; attamen est forma informans alicuius corporis; & per consequens habebit magnitudinem, et ex cõsequenti prædicta demonstratio nihil conferret ad manifestendam primi motoris impartibilitatem igitur &c.

Præterea, si phi. hic loqueretur de uirtute generabili, & corruptibili, tunc medium ad probandum uirtutem finitam non posse tempore infinito mouere, esset, non posse infinito tempore durare; Sed hoc medium Arist: intex. om-

ninò prætermitit; igitur &c. Minor patet, tex: considerando; maior uerò probatur; quoniam secundum ueritatem, & per aduersarios etiam, uirtuti generabili repugnat tempore infinito mouere, inquantum nequit tempore infinito durare. Vnde si prædicta uirtus ualeret aeterno tempore durare, tunc nihil prohiberet, quin ipsa infinito tempore moueat; itàquè, si Arist: in sua demonstratione aliud medium à praedicto acciperet, tunc eius ratio nullius eßet momenti &c. Quod uerò à Modernis addebatur, nullius est ualoris; quia dato, & non conceßo; quòd primus motor sit forma generabilis, & corruptibilis, tunc propterea nec sequeretur, quòd neceße sit, ut caussis corrumpentibus resistat, nec quoq; fieret consequens, q corrumpatur. Consequentiae patet; quoniam ibi adest generatio, & corruptio, & resistentia cum caussis corrumpentibus, ubi reperiuntur praedictae caussae & è conuerso: Sed suprà caelum, ubi est primus motor, non est neque generatio, neq; corruptio; neq; resistentia cum huiusmodi caussis: igitur &c.

maior

maior clara; minor uerò patet primo cæli tex. 100. &c. Et ista ratio est Arist: loco citato, ubi ex eo, quòd suprà cælum non est tempus, quod est caussa corrumpens, & aliæ huiusmodi caussæ, infert, quòd entia suprà cælum existentia, sint in alterabilia, & incorruptibilia: eadem etiam ratio est ph: in 12. Methap: tex. 41. ubi probat primi motoris in passibilitatẽ, & in corruptibilitatem, dicens: At uerò, & quòd in passibilis, & in alterabilis est: omnes namq; reliqui motus posteriores eo sunt, qui secundum locum &c. quasi uelit innuere ph: in his duobus locis, quòd dato, & non concesso, quòd primus motor sit forma corruptibilis, nihilominus non corrumpitur: quia supra cælum non reperiuntur caussæ corrumpentes, et generantes, per quas possit generatio, & corruptio fieri: patet ergo, quòd moderni expressè Arist: contradicunt: igitur &c. Ex quibus etiam Arist: fundamentis possumus inferre, Deum, si motum ab uniuerso abstulisset, potuisse in æternum Adam conseruare, ipsum suæ naturæ relinquendo, quamuis naturali-

ter corruptibile extiterit; dummodo in motus ablatione, Adam non fuisset mortuus &c.

Dubitatio. *Sed hic dicet aliquis, quod intentio phi. in locis præfatis sit probare; primum motorem non esse formam generabilem, & corruptibilem; non autem demonstrare, quòd dato, et non concesso, quòd primus motor sit forma generabilis, et corruptibilis, nihilo secius, nunquam corrumpetur, & sic ratio nostra nullius est momenti:* Solutio. *Respondeo, quòd quamuis reuera Arist: intentio fuerit illa, quam tu asseris; ista tamen obiectio nostrum non tollit argumẽtum; quoniam Arist: ratio in utroq; contex:; ut patet illos considerantibus, non magis militat de illo, quàm de hoc quod nos dicebamus: igitur &c.*

Expositio D. Thomę. *Qui uerò in Arist: philosophia sustinent, deum esse infiniti uigoris, & si uarias circa tex: prædictum attulerint expositiones; nihilo secius, ea sola, quam protulit Diuus Thomas, digna est relatione; qui scribit in expositione contex: dicens: Considerandum est igitur quòd tempus motus potest accipi dupliciter,*

præcipuè in motu locali; uno modo secundum partes mobilis; alio modo secundum partes magnitudinis, suprà quam transit motus: Manifestum est.n. quod prius una pars mobilis pertransit aliquod signum magnitudinis, quàm totum mobile; similiter etiam totum mobile prius pertransit unam partem magnitudinis, quàm totam; Apparet autem manifestè ex processu Arist:, quòd hic loquitur de tempore motus, secundum quòd tempus motus accipitur secundùm partem mobilis, non autem secundum partem magnitudinis, accipit.n. in sua demonstratione, quòd pars mouentis, moueat partem mobilis in minori tempore tempore, quàm totum moueat totum, quod non esset uerum, si accipiemus tempus motus secundum partes magnitudinis, quae motu per transitur: eadem enim est proportio partis motoris ad partes mobilis, quae est proportio totius motoris ad totum mobile. Unde æquali uelocitate semper pars mouebit partem; quà totum mouet totum, & sic in tempore æquali pertransibit pars mobilis aliquam magnitudi

nem motam à parte motoris, quà totum mobile motum à toto motore, uel fortè in minori tempore mouebitur totum, quam pars; quia potentia unitas maior est, quam potentia diuisa; & quanto maior est potentia mouentis, uelocior est motus; & tempus minus: opportet ergo, quòd hoc intelligatur secundum quod accipitur tempus motus, secundum partes mobilis: quia una pars mobilis minori tempore pertransit aliquod signum; quàm totum mobile. & secundum hoc, est impossibile, quòd tempore infinito moueatur nisi sit mobile infinitum: impossibile est autem, quòd mobile infinitum moueatur, à motore finito; quia semper uirtus motoris est maior, quàm uirtus mobilis: Vnde necesse est, quòd mobile infinitũ moueatur à motore infinito, & sic, sicut impossibile sequitur ex hoc, quod ponitur, quòd motor finitus moueat mobile finitum motu, qui sit infinitus secundum partes mobilis; ità, remoto hoc inconuenienti, oporteret ulterus concludere, quòd motus, infinitus mobilis infiniti sit à motore infinito: hæc ille &c. Siquis autem obii-

ciat Diuo Thomae, quòd ph: ex hac demonſtratione deducat, Deum eſſe infiniti uigoris; modo primus motor non mouet mobile infinitum, ſed finitum; Ergo infinitus hic motus accipiendus eſt, penes partes magnitudinis, ſeù ſpatij. Ad hoc ipſe reſpondet; ſupponendo prius, quòd motus ſecundum partes mobilis ſit infinitus per ſe, ſecundum autem partes magnitudinis ſit infinitus per accidens; quia quãtitas motus, quæ attenditur, ſecundum partes mobilis infiniti, competit ei ſecundum proprium ſubiectum, & ità in eſt ei per ſe; quantitas autem motus, non accipitur ſecundùm partes longitudinis, ſeù ſpatij, ſed ſecundum reiterationem motus ipſius mobilis, prout .s. mobile totum, quòd compleuit motum ſuum per unam partem longitudinis iterato pertrãſit aliam; & hoc ſuppoſito; tunc dicit, quod Deus, qui primus eſt motor cum ſit per ſe, & primo cauſſa infinitatis motus, debeat referri ad effectum per ſe infinitatis motus; quia cauſſa per ſe determinatur ad effectum per ſe, & non ad effectum per accidens; ſic enim docuit

Dubitatio.

Solutio.

Arist: in 2. ph. comparare caussis effectibus; sed motus per se infinitus attenditur penes infinitum mobile, ut patet per suppositum igitur &c. Et sic Manifestum est, quod si foret mobile infinitum, deus illud moueret; vnde sequitur, quod Deus infinitum habeat uigorem. &c.

Impugnatio. *Sed ista sententia (sit pace diui Thomæ dictum) non uadit ad aures Arist: quoniam hic ph: non intendit probare, quòd uirtus finita non moueat mobile infinitum; sed quòd nõ possit mouere tempore infinito; at si sermo esset de mobili infinito, tunc superfluum foret demõstrare, quòd uirtus finita, tempore infinito, nequeat mouere mobile infinitum: est enim certissimum, uirtutem finitam nec finito, nec infinito tempore posse mouere mobile infinitũ &c. Accedit, quia Demonstrationes feruntur suprà naturaliter ignotum, ut communiter dicitur; Sed finitam uirtutem non posse mouere mobile infinitum, non est naturaliter ignotum, igitur ph: hic non intelligit de mobili infinito prætereà responsio, quam dat ad obiectionem*

nullius est ualoris; quoniam motus siue infinitus sit, siuè finitus nec penes partes magnitudinis, nec penes partes mobilis perse primò attenditur; sed solum penes potentiam mobilis; quia motus, natura, perse primò fundatur in potentia mobilis, sicut dicitur indefinitione motus in 3. ph. potentia autem tùm infiniti mobilis, tùm quoq; finiti, est apta nata ad suscipiendum motum tempore infinito; quoniam omne mobile est aptum natum semper moueri: itaq; cum Diuus Thomas dicit caussa prima & perse debet referri ad effectum primò, & perse. Concedatur: cùm uerò subsumit, motus infinitus perse infinito competit mobili: Negatur ista minor, quia motus primo, et perse fundatur in potentia mobilis, & finitum, et infinitum mobile habent infinitam potentiam ad suscipiendum motum tempore infinito, igitur. &c.

His igitur omnibus, tanquam falsis, & nō ad mentem Arist: exclusis, consequens erit dicere, quòd proueritate erit dicendum. Et inprimis aduerte, quod omnes communiter Vera ex positio.

arbitrantur, Arist: non negare uirtutem finitam; & incorruptibilem existentem, posse mobile finitum mouere tempore infinito. Nos autem dicimus, quod quamuis ph: in præsentia loquatur de quacunq; uirtute finita, nihilo minus contra hoc commune dictum, principaliter ipse Argumentatur, demonstratq; id ipsum omnino eße à ueritate alienum; ex quo deinde deducit, primum motorem habere uigorem infinitum: Vt autem breuiter Arist: ratio percipiatur:

Prima suppositio. *Suppono primo; uirtutem infinitam intensiuè infinitos habere gradus uigoris; & tunc à supremo gradu huius uirtutis usq; ad infimum per discensum nunquàm est deueniendum, neq; ab infimo ad supremum per ascensum peruenire licet; quia eadem est uia à thebis ad Athenas, & ex Athenis Ad thebas, & ratio est; quia infinitũ est in per transibile, ut patet 6. ph: tex. 19. quæ quidem conditio negatur à quacunq; uirtute finita; Quoniam habet finitos gradus uigoris, & licet à supremo ad infimum descẽdere, et è conuerso.*

Secũda. *Secundo suppono, quod sicut per additamen-*

tum uir-

tum uirtutis in infinitum , aliqua finita uirtus potest, quantum de se est, mouere in non tẽpore, ut dicit ph: 8. ph. tex. 79. sic etiam per decrementum uirtutis infinitum, potest aliqua uirtus, per unam circulationem tantùm, siuè reiteratione aliqua, infinito tempore aliquod mobile mouere; Nam, ut habetur 7. ph: tex: 36. si aliqua uirtus mouet mobile in decem horis; dimidium uirtutis mouebit in uiginti; Ad huc dimidia dimidiae in quadraginta, Ergo, facto decremento uirtutis in infinitum, una circumlatio mobilis finiti posset fieri ab aliqua uirtute in tempore infinito, quantum est ex parte uirtutis: licet repugnat ex parte mobilis; ex quo Arist: loco sequitur, quòd uirtus, quæ habet ponere tempus infinitum ad faciendam unam circũlationem, oporteat, ut in infinitum posfit actu diuidi. Tertiò suppono, quòd uirtus finita non posfit in infinitum actu diuidi, quia si finitum à finito abstuleris, tandem consumetur infinitum, ut dicitur in tex. Ex quo sequitur, quòd uirtus finita, nequeat ponere tempus infinitum ad faciendam unam Tertia.

circumlationem; cuius ratio patet per secundam suppositionem: quartò suppono, quòd, illud, quod ex parte sui, non potest ponere tempus infinitum ad faciendam unam circumlationem, infinito simpliciter tempore mouere non possit, & econuerso; quia infinitas temporis mouendi, ita repugnat in una circum latione, ut in millia milium: non.n. uidetur magis ratio de uno, quam de altero. Ex quibus tanquam suppositis, tunc ph: arguit sic; uirtus finita non potest tempus infinitum ponere in faciendа una circumlatione, ut dicit tertia suppositio; Ergo simpliciter tēpore infinito nequit mouere, per quartam; Et ulterus, primus motor mouet infinito tempore; igitur potest ponere tempus infinitum ad faciendam unam circumlationem, patet per quartam; Et tunc ulterius, primus motor potest ponere tempus infinitum ad faciendam unam circumlationem; ergo habet uigorem infinitum, quod erat principaliter probandum, patet per tertiam. Et confirmat ph: in tex: ualde subtiliter; pro qua ueritate est aduertendum illud, quod in secun

Ratio tex.

Confirmatio.

da ſuppoſitione dicebamus; quòd uirtus, quæ habet tempus infinitum ponere in facienda una circũlatione, oporteat, ut in infinitum poſſit diuidi, quæ uirtutis diuiſio duppliciter contingere poteſt, uel quòd ad ipſam ſequatur diuiſio mobilis, uel quòd non fiat mobilis diuiſio; quia tempus ſequitur diuiſionem, & quantitatem uirtutis mouentis, & mobilis, ut patet per Ariſt: ſex: ph: a tex. 11. uſq; ad tex. 17. incluſiuè & a tex. 37. uſq; ad tex. 40. excluſiuè, & 7. ph. tex. 36. Et hoc ſupposito, tunc arguit ph: dicens, manifeſtum eſſe ex ratione antedicta, uirtutem finitam non poſſe ponere tempus infinitum in defacienda una circumlatione, si ſolum fiat uirtutis diuisio; at inquit, si ad diuisionem uirtutis contingat etiam diuisio mobilis, tunc quoq; fit conſequens, uirtutem finitam non poſſe ponere tempus infinitum ad faciendam unam circumlationem: probatur ſequela; quoniam pars mobilis mota à parte uirtutis in minori tempore per tranſit aliquod signum, quàm totum mobile motum, à tota uirtute; ergo tantum abeſt, ut ad diuisio-

nem mobilis possit uirtus finita diuisa ponere tempus infinitum, ad faciendam unam circumlationem, ut potius in minori tempore moueatur idem mobile diuisum, quam idem coniunctum simul: in hoc autem loco aduerte, quòd ph: hic accipit motum penès partes mobilis, & intelligit de mobili finito per rationes superius allatas contra diuum Thomam, & supponit quoq; quòd diuisio mobilis non possit fieri in infinitum actu; quia si finitum à finito abstuleris tandem consumetur finitum, ut patet per tertiam suppositionem; Quòd autem prædicta expositio uadat ad sensum ph: probatur duppliciter; Et primò confirmando istam Arist: rationem, arguitur sic, quod mouet tempore infinito, potest per infinitum spatium mouere; Sed posse huiusmodi est solius uirtutis infinitæ intensiuè; igitur deus, cum tempore infinito moueat, uigorem habet infinitum: maior patet; quia ad mouendum per infinitum spatium nihil aliud requiritur, nisi posse mouere infinito tempore; quia tempus sequitur diuisionem & quantitatem spatij, ut patet per A-

Quod prædicta expositio sit uera. Prima ratio.

rist. sex. ph. tex. 37. minor uerò manifesta est ad sensum; quia, si duo homines iacerent unũ lapidem, qui plus spatii illum lapidem iecerit, ille maiorem habebit uirtutem; ergo si aliquis ipsorum in spatium infinitum miserit lapidem, tunc ille erit infiniti uigoris: igitur, mouere per infinitum spatium, solius est uirtutis infinitæ intensiuè etc. Et ista ratio uidetur esse Arist. primo cæli tex. 116. Secundò idem probatur per Arist: in 12. meth. tex. 41. ubi primo demonstrat, primum motorem habere uirtutem infinitam: Secundo uerò loco, ostendit eundē esse formam incorruptibilem; ex quo Arist. procedendi modo argumentor sic; ph: loco citato per posse tempore infinito mouere, concludit primum motorem esse uirtutis infinitæ intensiuè; ergo hic in 8. ph. per uirtutem infinitam accipit uigorem infinitũ; ergo quando dicit uirtutem finitam non posse tempore infinito mouere, intelligit de quacũq; uirtute finita: consequentiæ patent; prima, quoniam ibi ph: ad probandum primum motorem esse uirtutis infinitæ, eodem utitur medio,

Secũda.

quo usus est in 8.ph.igitur etc.secũdo q̃a tunc aliter medium acceptum in utroq; libro, non esset sufficiens ad propositum ostendendum &c. Antecedens uerò probatur sic;si mouere tempore infinito, competeret uirtuti incorruptibili,existenti tamen finitæ in uigore; tunc ph: loco citato ostenderet primum motorem esse incorruptibilem, priusquàm id ipsum demonstraret; Sed consequens est falsum,& impossibile; quia implicat contradictionem; igitur & antecedens: consequẽtia patet; quoniã, ibi Arist. primo per posse tempore infinito,demonstrat primum motorem esse uirtutis infinitæ:secundo uerò loco,per aliud medium ostendit, eundem non esse formam corruptibilem.

Confirmatio. *Et confirmatur ista ratio,per modum Arist: loquendi in tex. cum dicit. At uerò,& quòd impassibilis,& quod in alterabilis sit; omnes namq; reliqui motus posteriores eo sunt, qui secundum locum &c. vbi aduerte, quòd ph: in hac parte tex: incipit demõstrare incorruptibilitatem primi motoris;& hoc stante supposito,tunc sic arguo. particula ly (at vero)*

ſemper ſignificat demonſtrari inferius aliquid diuerſum ab eo, quod ſupra oſtenſum eſt; ergo ph: ſupra per poſſe tempore infinito mouere, non demōſtrauit primum motorem eſſe incorruptibilem; ergo Ariſt: 8. ph. tex. 78. non intendit probare primum motorem eſſe formã incorruptibilem; Ergo quando dicit, uirtutẽ finitam non poſſe tempore infinito mouere, intelligit de quacunq; uirtute finita: conſequentiæ patent; prima quidem per ſuppoſitum: Secunda uerò, & tertia, per rationem præcedentem, Et iſtæ rationes demonſtratiuè concludunt contra illos, qui cenſuerunt in tex: prædicto, ph. loqui de uirtute corruptibili, & demonſtrare primum motorem eſſe formam incorruptibilem. Ex his autem, quæ dicta ſunt colligitur primùm, quòd motores cæli non poſſint tempore infinito mouere, niſi à primo motore uirtutem & potentiam mouendi accipiant; quoniam aliter, tunc ſequeretur, quòd motores celi habeant infinitum uigorem: Sed hoc conſequens eſt falſum: igitur & illud ex quo ſequitur; conſequentia patet; quia tunc poſſent

Corollarium.

Qđ motores cęli nō sīt uigore infiniti.

ponere tempus infinitum ad faciendam unam circumlationem: Sed hoc solius est uigoris infiniti: igitur &c. falsitas uerò cõsequentis probatur sic: quod est infiniti uigoris, non potest ordinari ad aliud, tamquàm ad perfectius; sed motores celi sunt ordinati ad primum motorem; igitur non sunt uigoris infiniti: maior patet; quia esse subordinatum præsupponit perfectionem secundum magis, & minus; Sed in ipso uigore infinito, nulla est danda imperfectio, cum omnem perfectionis plenitudinem contineat; igitur etc. minor uerò est Arist. 12. meth. tex. 52. Et ex hac ratione deducitur etiam deum esse uirtutis infinitæ intensiuè arguẽdo sic; illud, cui repugnat subordinari ad aliud, habet uigorem infinitum; sed primo motori repugnat sub ordinari ad aliud; igitur primus motor est uigoris infiniti: maior patet sic; illis uirtutibus, supra quas possunt dari maiores, & perfectiores uirtutes, non repugnat sub ordinari ad aliud; quia subordinatio de ratione sui præsupponit perfectionem secundum magis et minus, ut dictum est; Sed quacunq; uirtute

finita

finita data, adhuc maior, & perfectior uirtus dari potest; ergo nulli uirtuti finitæ repugnat subordinari ad aliud; igitur cui repugnat subordinari ad aliud, non est finiti, sed infiniti uigoris: minor uerò probatur sic; primo in genere entis, repugnat subordinari ad aliud, sed primus motor est primum in genere entis, igitur &c. minor est clara: maior uerò probatur; quoniam implicat contradictionem, igitur &c.

Quòd autem ph: in hac secunda uia loquatur de uirtute infinita intensiuè, patet primo ex nostra expositione, & ex rationibus quibus ipsam confirmaui: secundo arguitur sic: Arist: circa finem. 8. ph: facit hanc demonstrationem; uirtus infinita non potest esse in magnitudine finita, primus motor habet uirtutem infinitam: igitur primus motor non potest esse in magnitudine finita: constat autem, quòd maior debet intelligi, ut probata ē in tex. 79. et 80. in quibus clarissimum est, Arist: loqui de uirtute infinita intensiuè; ergo, ut comuniter dicitur à doctoribus, si perte Arist: Prima ratio. Secũda.

O

in minori acciperet uirtutem infinitam duratione tantùm, non autem intensiuè, tunc manifestè foret, quòd ph: committeret fallaciam æquiuocationis, quod Arist: imponere est absurdum: patet sequela; nam aliter accipitur infinitum in maiori, & aliter in minori; in maiori quidem intensiuè, in minori uerò duratione; tertio: quandocunq; aliquod prædicatū repugnat subiecto, debet dari aliqua caussa repugnantiæ, ut rationale repugnat equo; quia rationale & innibile sunt termini incompatibiles, ita ut quandocunque unum de uno subiecto prædicatur, alterum de eodem dici non potest: Sed infinitæ uirtutis duratio non potest esse caussa ut ipsa uirtus in magnitudine finita nequeat esse, ut dicitur de uirtute solis; ergo caussa huiusmodi repugnantiæ dicitur esse intentio uirtutis infinitæ, igitur. &c. Sed ad hoc argumentum respondet Ioannes. Gand. 12. meth. q. 15. dicens, quòd licet sol possit infinito tempore mouere hæc inferiora, nihilo secius, hoc ex se non habet, sed ab alia uirtute, quæ nō est in magnitudine, ab intelligentia: s. mouen-

Tertia.

Responsio Gandauēsis.

te orbem: ratio autem Arist: debet intelligi de uirtutibus ex se tempore infinito mouentibus, non autem de aliis. Marsilius uerò aliter respondet dicens, quòd uirtus infinita duratione dupplex sit; quadam in essendo, & hac competit omnibus aeternis, quadam uerò inagēdo, et hac dupplex est uel actualis, uel potentialis: potentialem autem appellat, quae competit enti per aliud, sicuti caelum potētialem habet uirtutem infinitam ad motum suscipiendum, mediante quo agit in hac inferiora. Actualem autem uocat illam, quae competit enti per se & non ab alio, ut intelligentiae per se possunt agere in haec inferiora, & hoc stante, tunc dicit, quòd uirtuti potentiali non repugnat esse in magnitudine, sed tantò uirtuti actuali, de qua hic loquitur ph: unde sequitur, quod ratio sumpta de sole nullius sit momenti, quia sol est uirtus potentialis actiua. Responsio marsilii.

Sed istae responsiones in unum coincidere uidentur; Et contra eas arguitur sic: ph: ad demonstrandam primi motoris impartibilitatē, pro medio, quod est omnis demōstrationis fun Impugnatio.

damentum, non accipit uirtutem infinitam actualem, seu uirtutem ex se, sed tantùm uirtutem infinitam; igitur ratio Arist: non fundator super ly; uirtutem infinitam actualem, seu ex se, sed solùm super uirtutem infinitam ergò &c. Corfirmatio. *Et confirmatur ista ratio arguendo sic: si ph: in sua demonstratione non acciperet pro medio uirtutem infinitam tantùm; sed uirtutem infinitam actualem, aut ex se, tunc ratio, Arist. excluderet etiam, quod uirtus infinita posit esse in magnitudine infinita; sed cõsequens est falsum; igitur & illud ex quo sequitur: consequentia patet; quoniam per te infinitae uirtuti actuali, seu ex se repugnat esse in magnitudine, non respectu magnitudinis; sed respectu sui, inquantum. s. est uirtus ex se infinita, et actualis; igitur talis uirtus neq; in magnitudine finita, neque ĩ infinita reperiri potest: patet sequela: quia tunc non esset assignare maiorem rationẽ de hac, quàm de illa magnitudine. &c. falsitas uerò consequentis patet in tex: nam pro tãto uult Arist: uirtutem primi motoris non esse in magnitudine infini-*

ta, pro quanto non inuenitur talis magnitudo; ergo à contrario sensu, si infinita magnitudo reperiretur, tunc ratio Arist: nihil prohiberet quin primus motor sit in magnitudine; igitur, &c.

Tertiò, principaliter arguitur sic: ph: primo de partibus animalium cap. primo dicit, quòd si cælum est factum, uerisimile sit esse factum à prima intelligentia, quod est, à deo, modo si deus per eum non haberet uigorem infinitum, tantum ab esset, ut hoc sit uerisimile, ut potius foret impossibile; igitur &c. Tertia uia.

Quartò et ultimò argumentor sic; illa uirtus est infinita in uigore, cui ea sola, quæ contradictionem implicant, non subiciuntur; Sed uirtus diuina est huiusmodi; igitur &c. maior est clara: minor uerò est Arist. 6. eth. cap. 2. ubi laudauit sententiam Agatonis dicentis. Quarta uia. Agatõ.

Hac namq; sola re priuatur ipse deus,
Vt facta minimè infecta posit reddere.

Et hæc satis dicta sint pro secũda parte: Nũc uerò restat ad tertiũ in ordine propositũ descẽ

Respon sio ad ar gumēta. dere quod erat obiectis satisfacere, & primò respondeo ad rationes primæ opinionis.

Ad primum autem argumentum uariæ extiterunt responsiones; quidam enim dixerunt, quòd uirtus infinita moueat in non tempore, si reperitur in magnitudine; quia uirtutis extensæ quantum est posse, tantum necessariò est facere, & consequenter si est infiniti posse, habet adequatum facere; si tamen est uirtus infinita extra magnitudinem, absolutè non oportet, ut quantum sit posse tantùm sit facere; quia abstrahit ab omni modo operandi, & essendi: unde deus, cum sit uirtus infinita extra magnitudinem, non necesse est, ut moueat quantùm potest, ac proinde non necessariò sequitur, motum fieri in non tempore: Huic autem sententiae subscribit Diuus Thomas 8. ph. tex. com. 79. dicens, quòd omnis potentia, quæ non est in magnitudine, mouet per intellectum; sic enim ph: probat, cælum moueri à motore in. ii. meth: nulla autem potentia, quae est in magnitudine mouet quasi intelligens: probatum est enim in tertio de

Ad primum. Prima respon sio.

anima, quòd intellectus non est uirtus alicuius corporis. Haec autem est differentia inter agens per intellectũ, & agens materiale: quia actio agentis materialis proportionatur naturae agentis; tanta enim procedit calefactio; quantus est calor; Sed actio agentis per intellectum nõ proportionatur naturae ipsius: sed formae appraehensae; non enim aedificator tantùm edificat, quantum potest; sed quantum exigit ratio formae conceptae: sic igitur, si aliqua esset uirtus infinita in magnitudine, sequeretur quòd motus ab ipsa procedens esset secundum proportionem eius, & ita procedit ratio Arist: si autem sit uirtus infinita extra magnitudinẽ, motus ab ipsa non procedit secundum proportionem uirtutis, sed secundum rationem formae apprehensae .i. secundum quod conuenit fini, & naturae subiecti: est etiam aliud attendendum, quòd sicut probatum est in sex: ph: nihil mouetur, nisi magnitudinem habens: vnde uelocitas motus est effectus à mouente receptus in aliquo habente magnitudinem: manifestum est autem, quòd

nihil habens magnitudinem potest recipere aequalem effectum proportionatum potētiae, quae non est in magnitudine: quia omnis natura corporea comparatur ad naturam incorpoream, sicut quoddā particulare ad absolutum & uniuersale: unde non potest concludi, si uirtus infinita non sit in magnitudine, quòd ex ea consequatur infinita uelocitas in aliquo corpore; quae est effectus proportionatus tali potentiae, ut dictum est; hec ille &c.

Respon sio Auer.

Auer: autem 12. meth: tex. com. 41. hanc dubitationē aliter soluit, ubi dicit, quòd corpus caeleste mouetur à duplici motore .s. à motore coniuncto, qui est anima caeli, & à motore separatò; qui non mouetur nec per se, nec per accidens; & quia ille motor separatus est infinitae uirtutis, motus caeli acquirit ab eo perpetuam durationem: quia uerò motor coniunctus est finitae uirtutis, ideo motus caeli acquirit ab eo uelocitatem determinatam &c.

Responsio authoris.

Sed quicquid sit de istis responsionibus in solutione sequentis rationis dicetur: nos uerò hunc

rò hunc

-rò hunc in modum diluemus argumentum, dicendo, quòd deus ad motum producendum non concurrit necessitate naturæ, ut dictum est in præcedenti quæstione, & ideo non mouet inquantum potest, sed inquantum cognoscit esse mouendum. &c. utrum autem uirtus infinita possit mouere mobile finitum in instanti, alia quæstio est. &c.

Ad secundum dicendum, quòd posse mouere in non tempore potest duobus modis intelligi, prout ly. (non tempus) duo dicere ualet. primò enim ly. (non tempus) dicit infinitam uelocitatem, quae est in instanti, quae non potest tempore mensurari: secundo ly non tempus; dicit incertam, & non signatam temporis mensuram, ut. s. quacunque mensura data, adhuc minor mensura sit assignanda in tempore: Et hoc stante respondeo, quòd Arist: interpretes in. 8. ph: tex: 79: communiter uidentur uelle, quòd uirtus infinita possit mouere in non tempore, prout ly. non tempus primo modo accipitur. Sed ista communis opinio (ni fallor) est cōmunis error, & contra eam arguitur sic,

Ad secū dam.

Comunis sentē tia.

Impugnatio.

Prima ratio.

Et primo, Illud, q̄d est impossibile sequi quocunque alio impossibili posito, à uirtute infinita fieri non potest; Sed motum fieri in instanti est huiusmodi; igitur. &c. maior patet exẽplo; quoniam factum infectum esse (id quod est impossibile sequi, quacunq; data licentia fingendi impossibilia) non potest fieri à uirtute infinita: ergo. etc. minor uerò probatur sic; nulla propria passio potest auferri, à proprio subiecto, manente eius forma, quocunque alio impossibili posito; sed tempus est propria passio motus, ut patet 4. ph: igitur. etc. Secundo, quòd implicat contradictionem, non potest fieri, à uirtute infinita; sed motum fieri in instanti est huiusmodi: ergo. &c. maior clara: minor uerò probatur sic; tempus ponitur in definitione motus, et econtra; ergo implicat contradictionem motum fieri sine tempore; & tempus esse sine motu: antecedens est Arist: 4: ph: tex. 111. ubi dicit non solum autem motum tempore metimur; sed & motu tempus, propterea quod à se inuicem definiuntur &c. consequentia uero deducitur sic: quod ponitur in definitione,

Secũda.

repugnat definito per suam formalem, & intrinsicam rationem, reperiri sine illo; sed ista repugnantia implicat cōtradictionem: igitur. &c. Tertiò, si motus fieri posset in non tempore, quod est in instanti; tunc tempus, & motus non essent termini conuertibiles; sed consequēs est falsum; igitur & illud ex quo sequitur: falsitas consequentis patet per Arist: 4. ph: loco citato, necnon 8. eiusdem tex: 15. consequētia uerò deducitur; quoniam instans non est tempus, ut dicitur in 4. ph: quartò, quando quaeritur, utrum uirtus infinita moueat in instanti, tunc nihil aliud quaeritur, nisi num uirtus infinita, mouendo, non moueat, quod manifeste, patet esse petitionem extra propositum, non secus ac, si quaererem, utrum ambulando non ambularem; non potest igitur hoc facere uirtus infinita; quia petitio est in rationabilis. Quintò & ultimò, si motus fieri posset in instanti, tunc plures demonstrationes in primo de caelo facta ruerent: primo quidem redderetur nulla ratio posita in tex. 52. ubi ph: demonstrat infinitam grauitatem

Tertia.

Quarta.

Quinta.

non posse moueri, quod est ostendere uirtutem infinitam non posse mouere magnitudinem, in qua existit 2. rueret demonstratio facta in tex. 65. ubi Arist. probat infinitum non posse mouere finitū. Tertio uana foret ratio facta in tex. 66. & 67. ubi ph. ostendit, infinitam magnitudinem non posse moueri ab infinita uirtute. patet consequentia; quoniam omnes prædictæ rationes in hoc fundantur medio, quòd s. omnis motus sit uel in tempore infinito, uel finito modo si motus fieri posset in non tempore, prædictum medium non foret sufficiens, igitur &c. Si autem loquimur de non tempore secundo modo sumpto, tunc primo loco est dicendum, quòd uirtus infinita, siue sit in magnitudine, siue extra magnitudinem, non possit mouere mobile infinitum in non tempore, quod est, quacunq; uelocitate data, adhuc minori posse mouere; primo quoniam aliter uirtus infinita posset mouere mobile infinitum in tempore finito; Sed hoc est falsum ut patet per Arist. primo celi tex. 67. & sex. ph. tex. 19. & infrà: igitur ect. Secundò argu-

Tertia. Quarta. Quod uirtus uigore infinita nō posit mouere mobile infinitū. In non tēpore. Prima ratio. Secūda

mentor sic; tunc fit motus in non tempore, quando non est proportio inter motorem, et mobile: Sed inter infinitum motorem, & infinitum mobile reperitur proportio, igitur &c. minor clara, maior uerò probatur; quia dato opposito, nunquam sequitur motum fieri in non tempore; unde Arist. 8. ph: tex: 79. uolens demonstrare, quando contingit motum fieri in non tempore, ponit casum inter mobile finitum, & uirtutem infinitam; sed inter finitum & infinitum, nulla est proportio; igitur &c. Quòd autem ph: loco citato intelligat de mobili finito, patet sic; quoniam casus, quē ponit est iste; si uirtus, ut decem, mouet mobile in uiginti horis, infinita uirtus mouebit illud in non tempore; modò uirtus ut decem est finita, sed finitum non potest infinitum mouere: igitur ph: in antecedente illius conditionalis, in quo casus consistit accipit mobile finitum; non autem infinitum &c. Tertiò, si mobile infinitum posset in non tempore moueri, à uirtute infinita, tunc quoq; eadem uirtus ualeret ponere minorem uigorem, & potentiam,

in mouendo mobile infinitum in uiginti horis, quàm in decem: sed consequens est impossibile: igitur & antecedens; consequentia deducitur; quoniam ad temporis augumentum, sequitur uigoris diminutio. & e contra, ut patet per Arist. 7. ph: tex. 36. igitur. &c. impossibilitas uerò cõsequentis probatur sic; quia uigor infinitus ita requiritur admouendum mobile infinitum in uiginti horis, uti in decẽ. &c. Et ex hac ratione tollitur obiectio diui Thomae & aliorum, quando dicebant: virtutis extensae quantum est posse, tantum est facere: ergo si uirtus infinita esset in magnitudine moueret in non tẽpore. etc. tollitur inquã; negando consequentiam; quoniam mobile infinitum ita requirit infinitum uigorẽ, ut moueatur in uiginti horis, uti in decem. &c. Ex quibus etiam colligitur, quòd nullo pacto uirtus infinita in magnitudine existens possit mouere in non tempore; vel enim infinita uirtus reperitur in magnitudine infinita, uel finita: primo modo motũ fieri non posse in non tpe à uirtute infinita manifestum est ex rationi-

Solutio rationis D. Thomæ.

bus præcedentibus, secundum autem dici non potest: quoniam impossibile est, uirtutem infinitam reperiri in magnitudine finita, ut patet per Arist. 8. ph. tex. 76. 80. & 81. etc.

Secundo uerò loco dico, quòd uirtus infinita possit mouere mobile finitum in non tempore, quod quidem patet per Arist. 8. ph. loco citato, nec non primo celi tex. 65. Quòd autem ph: pro ly. non tempore, intelligat non tempus, secundo modo sumptum, quod quidem non omnino tempus excludit; sed tantum in parte, & secundum quid: non autem accipiat ly, non tempus, simpliciter, quod est in instanti, quod quidem omnino tempus excludit; probatur primo authoritate diui Thomæ in primo de cælo, in expositione loci prædicti, ubi ab ipsa ueritate coactus, per ly non tempore, exponit per non tempus signatum. Secundò argumentor sic; ph: in utroq; loco citato accipit quòd uelocius moueat uirtus infinita, quàm finita; sed tardum & uelox sunt differentia temporis; igitur ph: per ly. non tempore in utroq; loco non intelligit non tempus sim

Qđ uirtus infinita possit mouere mobile finitum in nõ tempore.

Prima ratio.

Secũda.

quo

pliciter, sed non tempus signatum; ergo uirtus infinita non potest mouere in non tempore simpliciter, sed in non tempore signato: iste modus arguendi est Arist. in 8. ph. tex. 10. ubi ex differentiis temporis probat tempus, & motum esse æterna &c. Tertio arguitur sic; **Tertia.** *ph: eodem libro tex. 79. ubi ponens casum, quem diximus, ostendit infinitam uirtutem mouere in non tempore, hunc in modum, inquiens. Ad finitum enim semper addens excellam omnem determinatum &c. in quo loco aduerte ly. (determinatum) hec enim dictio declarat, quòd uirtus infinita moueat in non tempore signato; non autem in instanti; quia excellere omnem determinatum tempus in mouendo, non est mouere in instanti; sed in tempore in determinato, & non signato; quod est, quacunq; uelocitate data, adhuc minori posse mouere &c. Ex quibus colligitur, quòd mouere hoc modo solius sit uigoris infiniti: & colligitur etiam, quòd responsio diui Tho. & aliorum ad primum argumentum in multis deficiat; quibus sic determinatis primo retor-*

queo

queo argumentum, & argumentor sic; datur mobile, quod quacunq; data uelocitate adhuc minori potest moueri; ergo datur mouẽs, quod, quacũq; uelocitate data, adhuc minori ualeat mouere. Antecedens patet; quoniam omne quod mouetur, potest uelocius moueri, ut dicitur sex: ph: tex: 15. consequentia patet per aduersarium; quia dicebat, mobile, & motiuum esse relatiua, quorum natura est, ut posito uno ponatur, & reliquum & hoc stante tunc sub sumo; sed mouere hoc modo solius est uigoris infiniti igitur &c.

Secundò respondeo ad argumentum formaliter, negando antecedens; & ad eius probationem dico, quòd minor est falsa, ut patet ex superioribus &c.

Ad tertium respondeo primum ipsum retorquendo, & argumentor sic; datur mobile, quod quacũq; data uelocitate, adhuc minori potest moueri, ergo datur mouens huic mobili correspondens; sed mouere hoc modo solius est uigoris infiniti, ut dictum est; igitur &c: antecedens est Arist: loco citato: consequẽtia Ad tertium.

uerò deducitur; quoniam cuilibet potentiæ a-ctiuæ respondet passiua, & econtrà. &c. Secundò respondeo ad argumentum formaliter: supponendo prius, quòd ph: in. 5. meth: loquatur de potentiis actiuis, & passiuis, prout naturaliter agunt, & patiuntur; non autem prout potentiæ actiuæ supra naturaliter agere possunt. & hoc ad uersarii concedere habent; quoniam nulla potentia finita potest supra naturæ ordinem caussare: unde si per eos, non datur uigor infinitus, id ipsum concedere tenentur. Secundò noto, quòd cuilibet potentiæ actiuae correspondere passiuam, & è contra; possit duobus modis intelligi; uno pacto secūdùm esse: alio uerò secundùm operari: Si primo modo intelligatur, tunc falsa est propositio Aris: quoniam secundum eum: potentia actiua motoris cæli, secundùm esse est spiritalis; & nihilominus potentia passiua ei correspondens est corporalis potentia cæli: igitur authoritas Arist: hoc modo non est accipienda: Si uerò Arist: propositio intelligatur secundo modo, tunc uera est, et hoc pacto non necesse est, ut po

tentia pasſiua correſpondens potẽtiae actiuae infinitae in uigore naturaliter in operando; ſit infinita ſecundum eße; quia potentia pasſiua finita ſecundum eſſe, poteſt naturaliter uigori infinito actiuo in operando correſpondere; & dico naturaliter; quoniam alio pacto eſt impoſſibile: quòd autem hoc, quod dicimus, ſit uerum; patet ſic, uigor dei infinitus producit naturalem quendam effectum, quod eſt mouere tempore infinito; ergo potentia pasſiua ſecundùm eße finita, poteſt in operando naturaliter correſpondere potentiae actiuae infinitae in uigore: antecedens probatur, quia mouere tempore infinito ſolius eſt potentiae actiuae infinitae in uigore, ut dictum eſt ſupra: conſequentia uerò deducitur; quoniam, potentia pasſiua correſpondens uigori dei infinito in producendo praedictum effectum, eſt caelum, quod ſecundum eſſe eſt finitum; igitur &c. his autẽ tanquam ſuppoſitis, reſpondeo ad argumentũ negando conſequentiam; & ad probationem dico, quòd cuilibet potentiae actiuae naturaliter correſpondet pasſiua, non ſecundum eſſe,

sed secundum operari, & hoc modo non necesse est ponere infinitam secundum esse, potentiam passiuam, si ponitur infinita secundum esse potentia actiua, ut dictum est.

Ad quartum.

Ad quartum respondeo, quòd quamuis Deus distat in infinitum, à quacunque substantia, nihilominus; substantiae inter se, prout una est alia nobilior, dicuntur esse propinquiores primo enti; & sic licet non possit esse proportio ex parte Dei; est tamen ex parte rerum. &c.

Ad ultimum.

Ad ultimum concedendo Arist:, quòd esse inferiorum non possit à Deo compleri, aliter quàm per generationem, diceret, quòd hoc non proueniat ex defectu uirtutis diuinae; quia uigor Dei est infinitus; sed hoc contingere ex defectu rerum, quarum esse aliter, quã per generationem compleri non compatitur.

Ad rõnẽ secunde opinionis.

Ad rationem autem secundae opinionis, respondeo, quòd quamuis Deus naturaliter, non producat effectum actu infinitum, quod possit nobis eius uigorem infinitum manifestare; nihilominus efficit quendam naturalem es

fectum, quod est, mouere tempore infinito, qđ nobis patefacit infinitam intensiuè Dei uirtutē, ut supra habitum est. &c. Est autem animaduertendum, quod ista opinio non solum est falsa in doctrina Arist. sed etiam in pura philosophia, propter scripturam dicentem per prophetam David, psal. 81. Caeli enarrāt gloriam Dei, & opera manuum eius annunciat firmamentum; item per diuum Paulum epist. ad Romanos cap. 1. Inuisibilia enim ipsius Dei, à creatura mundi, per ea, quae facta sunt, intellecta, conspiciuntur; sempiterna quoque eius uirtus, & diuinitas, ita ut sint inexcusabiles philosophi, quia cum cognouissent Deum, non sicut Deum glorificauerunt, aut gratias egerunt, sed euanuerunt in cogitationibus suis. Ex quibus locis colligitur, quòd naturali lumine possimus cognoscere Deum esse uirtutis infinitae intensiuè. &. Sit Laus honor, et gloria Deo optimo maximo, trino, & uno, beataeq́; Mariae semper virgini.

Dauid

Diuus Paulus.

QVAESTIO DE MVNDI CREATIONE.

QVùm ſatis declarauerimus ea, quæ pro noſtra intentione premittenda erant, nunc principale propoſitum exequutioni reſtat demandare, quod erat determinandum; Vtrùm neceſſarium ſit ſecundum mentem Ariſt. ponere creationem mundi à Deo: In qua quidem quæſtione quatuor faciam; Primò, ipſius titulum declarabo: Secundò, ponam falſas aliorum opiniones: Tertiò, ueritatem manifeſtabo: Quartò deniq; aduerſariorum obiectis ſatisfaciam.

Quantum igitur pertinet ad primum, explicanda eſt particula (ponere creationem à Deo) pro qua re eſt notandum, quòd creatio, ut communiter dicitur, aliud nihil eſt, niſi productio alicuius ex nihilo, unde creare, aliud

Qđ ſit creatio.

non est, quàm aliquid ex nihilo producere. Ubi considerandum est, quòd ex hoc, quòd creatio est productio, manifestè denotatur dependentia à caussa efficienti: Non enim potest esse productio, nisi effectiuè proficiscatur ab aliquo. Quinimo nec alicui caussæ creatio attribui potest, nisi efficienti; quo fit ut qui ponũt rem aliquam solùm dependere à Deo, sicut à fine, hi sine dubio nequeant creationem admittere. Est secundo loco animaduertendum, quòd hæc quæstio solet duobus modis agitari, uno quidem pacto secundùm mentem Arist., alio uerò secundùm naturalem scientiam .i. secundùm ueram Philosophiam; qua in re est aduertendum, quòd scientia naturalis potest dici dupliciter, uno modo obiectiuè, alio effectiuè. Obiectiuè quidem, quia .s. obiectum habet naturale, quo pacto à sciẽtiis distinguitur, quæ obiectum non habent naturale, sicuti; Metaphisica, & Matemathica; & hoc modo scientia naturalis solùm dicitur Phisica, quæ est de ente mobili naturali, tanquàm de obiecto proprio, in qua quidem significatione non

Scientia naturalis dupliciter dicitur.

sumitur in praesentia: Accipitur autem effectiue, pro omni scientia, & cognitione, quae in nobis oritur ex caussa efficiente naturali, ut puta ex lumine nostri intellectus, & hoc pacto nomen scientiae naturalis comprahendit sub se Phisicam, Metaphisicam, & Matematicam, ac omnes scientiales cognitiones naturaliter acquisitas, & solùm distinguitur à sacra Theologia, quae ex caussa effectrice supra naturali producitur. Itaq; quùm praesens quaestio uertitur secundo modo, aliud nihil quaeritur, nisi utrum naturaliter noster intellectus per ueram Philosophiam possit cognoscere mundum à Deo fuisse creatum: In primo autem modo quaeritur; vtrum hoc idem confiteatur Aristoteles. Tertio loco noto, quòd solutio praesentis negotij aliter, quàm per fundamenta Aristotelis naturaliter per ueram Philosophiam haberi non possit, cuius rei signum est, quoniam quicunq; praesens quaesitum hoc modo determinare uoluerunt, omnes Aristotelis fundamentis usi sunt: Eapropter, quando haec quaestio uertitur primo modo, reuo

luitur etiam ſecundo, & è conuerſo, quò fit, ut pro ueritate ſolum Ariſtotelis intentionem manifeſtare cogar, quoniam hoc peracto habebitur reſolutio propoſiti negotii, prout utroq; modo agitatur, & haec ſatis pro tituli intelligentia.

Quantum autem ſpectat ad ſecũdum principale, duo faciam: Primò quidem referam opiniones illorum, qui naturaliter ſecundùm ueram Philoſophiam creationem cognoſci poſſe infitias iuerunt: Secundò uerò adducam ſententias eorum, qui hoc idem de mente Ariſtotelis auſi ſunt negare. Circa primum tres ſunt opiniones relatione dignae, quarum prima fuit, quae dixit, quòd abſolutè implicet contradictionem creationem ponere; cuius rationes duae fuerunt praecipuae, & primo argumentatur ſic; Ex nihilo aliquid fieri, & nihil aliquid fieri idem eſt: ergo, ſi implicabit contradictionem nihil aliquid fieri, implicabit etiam ex nihilo aliquid fieri, & ita implicabit creationem ponere: Sed ſic eſt, quòd implicat contradictionem, nihil aliquid fieri: ergo & et

Prima opinio.

Prima ratio.

Consequentia nota. Antecedens inductione probatur; siquidem idem est ex aere fieri ignē, & aerem fieri ignem. idem, ex albo fieri nigrum, & album fieri nigrum, & ita de reliquis. Quod uerò implicet, nihil aliquid fieri sic ostenditur; si nihil aliquid fieret, aut id uerum eßet formaliter, aut subiectiuè: non formaliter; quia sensus esset, quòd unius ratio uerteretur in rationem alterius, hoc est, quòd ratio nihili in rationē uerteretur alicuius, quod manifestè foret impossibile, non minus quàm si ratio albedinis in rationem uerteretur nigredinis, imò, & magis, siquis rectè consideret; nec etiam subiectiuè, ut sit sensus, quòd ipsum nihil subiectum fiet illius, quod est aliquid, quod pariter esse non potest, quùm ipsum nihil nequeat cuius enti submitterni: igitur &c.

Secũda. *Argumentatur secundo hoc modo; Creetur lapis, si creatio esse potest, aut igitur ante creationem suam lapis erat actu, aut potentia, aut neutro modo: Non actu quidem, quia non erat opus illum creari quùm esset: Non neutro modo, quia si non fuisset potentia, fuisset*

quid impossibile, & ita non potuisset creari: Ergo in potentia solum, & sic, lapis suam creationem praecedens non erat penitus nihil, quia quod in potentia est, non penitus nihil est: Igitur. &c.

Secunda opinio fuit, quae dixit, quòd quãuis ex nihilo aliquid fieri contradictionem nõ implicet absolutè, repugnat tamen principiis naturalis scientiae, & propter hoc repugnat eisdem creationem ponere. Haec opinio uidetur Comentatori attribui, eo quod rationes, quae adducuntur pro ea, ab ipso desumuntur in 8. Ph. com. 4. & potiores sunt tres, quibus directè ostenditur repugnare principiis scientiae naturalis, ex nihilo aliquid fieri, & per hoc repugnare creationem concedere; & prima est ex eo; quod communis animi conceptio est omnium Philosophorum peritissimorum in scientia naturali, quòd ex nihilo nihil fit, ut patet 1. ph. tex. com. 33. igitur etc. Secundo arguitur sic; si ex nihilo fieret aliquid, sine dubio aliqua daretur mutatio, quae esset sine subiecto, quod repugnat expressè his, Secũda opinio. Prima ratio: Secũda.

quae docet Arist. 8. ph. tex. com. 4. ubi ait, omnem motum, & quamlibet mutationem necessario supponere mobile, & mutabile: igitur &c. Consequentia clara, quia constat in quacũque effectione mutationem includi: etc.

Tertia. *Tertiò, si ex nihilo aliquid fieret, profectò non fieret, nisi per accidens: Ergo oporteret, ut reducatur ad id, quod per se fieri dicitur, quòd planè est ex aliquo, hoc est ex substantia, siue materia: igitur &c. Antecedens patet: quia ex opposito non fit oppositum nisi per accidẽs, ut patet. 1. ph. etc.*

Tertia opinio. *Tertia deniq; opinio, quae uidetur esse communis sententia, dixit, quod licet ex nihilo aliquid fieri contradictionem non implicet absolutè, nec repugnet simpliciter principiis scientiae naturalis, non tamen necessario habetur ex eis: potissimum autem fundamentum praedictae opinionis illud est, quod rationes, quae adducuntur pro parte contraria, ut puta, quod necessario creatio habeatur ex illis, ab eis reputantur solubiles, pro cuius fundamenti confirmatione potest argumentari hoc pacto: Ea*

necessario ex principiis naturalis sciētia deducuntur, ad quæ per sensibilia necessario deuenimus; Sed hoc in proposito non uidetur possibile, quùm in illis omnia fieri conuincantur ex alio: igitur &c.

Quòd mundus secundum esse non dependeat à Deo in genere caussæ efficientis sed tantum in genere caussæ finalis. Opinio Alexandri.

QVantùm autem ad Aristotelis intentionem pertinet, quamuis uariæ à mente Philosophi, et alienæ extiterunt sententiæ, nihilo secius ea sola, quam protulit Alexander Aphrodisiensis digna est relatione, quam quidem communiter ferè aduersarii sectantur. Alexãder autem (ut refert simp. 1. Cœli com. 91. à quo accepit D. Dhom. 1. Cœli tex. com. 95. & Ioannes Gandau. 1. Cœli q. 24.) opinatus est Arist. fuisse eius sententia, ut dicat mundum secundùm esse solùm dependere à Deo in genere caußae finalis, non autem in genere caußae efficientis. Pro prima parte

huius conclusionis extat clara authoritas Arist. in 12. Meth. vbi quum in tex. 36. probasset mundum moueri à Deo, sicut à caussa finali, infert deinde in tex. 38. Cælum, & naturam à Deo dependere. Item in tex. 52. inquit, vniuersum esse ordinatum ad Deum, tanquàm ad finem &c. Pro secunda parte Alex. argumentatur sic; si mundus esset factus à Deo, tunc ipse foret multiplicabilis: Sed consequens est contra Arist. 1. Cœli tex. 79, & 92. & 12. Met. tex. 49. Igitur & antecedens. Consequentia probatur, quoniam aliter, aut esset repugnantia ex parte Dei, aut ex parte mundi à sufficienti diuisione; Nõ ex parte mundi, quoniam quantò aliquid est nobilius; tantò eius speties est magis uirtuosa: mundus autem est nobilior qualibet re naturali hic existente: igitur, quùm speties rei naturalis hic existentis, ut puta, equi, aut bonis possit perficere plurà indiuidua, multo magis speties totius mundi potest plurà indiuidua pficere; nec repugnare potest ex parte Dei, quoniam tunc uel foret repugnantia in potẽtia di

Prima ratio.

uina, uel in diuinae actionis necessitate. Primum quidem dici non potest: potentia enim diuina, quùm sit per te uigore infinita non determinatur ad istum solùm mundū; non ergo est rationi consonum, Deum alios, ac plures mundos efficere nō posse: sin autem secundum dixeris, tunc repugnantia esset, uel propter necessitatem agendi secundùm naturam, uel secundùm congruentiam, seu secundùm idoneitatem per sufficientem diuisionem, ut patuit in prima. q. Secundùm naturam quidem ipsi Deo repugnare non potest, quoniam si sic esset, tunc Deus nullum produxisset mundum, quod quidem per te est falsum: igitur &c. Neq; eidem secundùm agendi congruentiā, repugnans est, quoniam melius est multiplicare optima, quàm ea, quæ sunt minus bona, sed mundus est omnium optimus: ergo melius est esse plures mundos, quàm plura animalia, & plures plantas &c. Arguit secundo Alexāder, ut refert simp. 1. Cæli com. ultimo, & inquit; Qui dicunt mundū esse factum à Deo, uel concedunt Deo esse omnia possibilia, uel

Secūda.

non. Si secundum dicatur, tunc impossibile est mundum effectiuè dependere à Deo, quoniam tunc Deus non habebit uirtutem infinitam in uigore, quæ pro mundi constitutione erat necessaria: Si uerò primum dixeris, tunc quæritur cur alia entia generabilia, & corruptibilia, Deus nõ fecerit incorruptibilia? In unoquoq; enim probabile est Deum esse sine inuidia &c. In quo etiam com. notat Simp, quòd Alex. existimauit Cœlum, & uniuersum habere permanentiam ex se, non autem accipere à Deo, cuius etiam contrarium dixit, ut testatus est Auer. 8. Ph. com. 71. ut ibi quoq; notat D. Thom. ubi apparet quoq; quòd Auer. redarguens Alex. fuit huiusce opinionis, ut dicam cœlum habere permanentiam ex se, non autem à Deo: contrarium uerò idem Au. asseruit in lib. de substantia orbis, ubi dicit, quòd corpora cœlestia non solùm indigent uirtute, quæ largitur eis motum sempiternum, sed etiam egent uirtute, quæ largitur eis permanentiam æternam; Ex quibus omnibus colligitur, quod Alex. & Auer.

contradictio Auer: & Alex.

uolentes

uolentes ueritati contradicere, sibimet ipsis cō tradicant: &c.

Confirmatur ista opinio.

PRæter, ea, quæ dicta sunt ab Alexandro in fauorem huiusce opinionis, possumus ipsam hunc in modum confirmare, & primo arguitur sic; Mundus, quantùm ad suam essentiam non producitur ab eo, quod non mouet ipsum, nisi sicut amatum, & desideratū, sed Deus non mouet mundum, nisi, ut amatum, et desideratum: igitur. &c. Minor est Arist. 12. met. tex: 36. ad literam. Maior uerò probatur, quoniam amare, & desiderare, præsupponunt essentiam amantis, & desiderātis. &c. Secundò; si Deus esset caussa efficiens uniuersi, tunc Deus tempore mundum præcederet, sed consequens est contra ph. igitur & antecedens. falsitas consequentis patet, quoniā philosophus ponit mundi æternitatem, ut patet 8. ph: æternum autem non potest tempore præcedi: igitur. & c. consequentia uerò deduci Prima confirmatio. Secūda.

tur; quia omne agens praecedit suum effectum tempore, ut scribitur 12. meth. tex. 17. ubi ph. ponens differentiam inter formam & efficiēs, dicit, quòd forma simul est cum effectu; caussae uerò efficientes sunt priores effectu. Tertia. *Tertiò omne ingenitum est increatum, uniuersum est; ingenitum; ergo increatum. maior patet; quoniam ingenitum, & increatum sunt termini conuertibiles, unde dicimus, quod ualet asserere, Deus est ingenitus, ergo increatus, & econtra, minor uerò probatur dupppliciter; & primo per Arist: in. 1. cæli, à tex. 101. vsque ad tex. 119. inclusiuè. Secundò; quoniam materia mundi est ingenita ut patet per Arist. 1. ph: tex. 82. & 3. meth: tex. 13. & . 12. meth. tex. 10. &c.* Quarta. *Quartò; si Deus creauit uniuersum. aut ipse libere, & contingenter agit, aut ex necessitate naturae, à sufficienti diuisione; si contingenter, tunc non posset ph: ullam rationem reddere de magnitudine, ordine, & perfectione rerum: sed consequens est contra Arist: in primo de cælo: igitur & antecedens. consequentia probatur, quoniam tunc hæc omnia pē*

derent ex libera Dei uoluntate, qui potuisset multo pfectiores res creare, si uoluisset;si uero;ex necessitate naturae, tunc Deus semper nouas rerum speties efficeret, sed consequens est falsum:igitur & antecedens; falsitas consequentis probatur;quoniam tunc infinitæ forent speties rerum;& per consequens daretur corpus infinitum in actu,quod est contra Arist.3.ph:consequentia uerò patet; quoniam tunc Deus ageret quicquid potest,at potest pte n infinitum ergo.&c. Quinto, expressè dicit ph.2.meth.cont.4. q principia, caussã nõ habeãt: pluraliter et uniuersaliter, loquẽdo ergo plura ponit Arist:quæ à Deo non sunt facta. Quinta.

Et confirmatur ista ratio arguendo sic; si alia principia fierent à primo principio,quod est à Deo,tunc principia fierent ex alterutris, sed consequens est contra Aristo.1.ph.tex.43. igitur & antecedens &c. Confirmatio.

Sexto.dicit Aristo.3.meth.tex.3. quod immobilia non habẽt caussam efficientem : sed intelligentiæ omnes sunt immobiles igitur.&c. Sexta.

Et confirmatur; quia ibi aßerit,quòd actiones omnes fiãt cum Confirmatio.

motu:sed creatio est actio sine motu ergo.&c.
Septima Septimo Arist.1.meteor.& 2.eiusdem infert derisionem esse propter paruas mutationes in
Octaua. terra putare cælum esse factum.&c. Octauo. Arist.in.5.meth:ubi explicat uarias nominum significationes quibus scientiæ omnes utuntur,numquam mentionem facit de creatione;ergo signum est,quòd ph: ipsam non cognouit.&c. Nono si creatio esset ex nihilo,tūc
Nona. illud,quod crearetur,fieret ex priuatione essentialiter,&sic contrarium reciperet contrariū; quod est contra Arist.1.ph.igitur.&c. Decimo
Decima si daretur creatio apud Arist:tunc ipse uacuum concederet,quod est falsum, ut patet 4.ph.consequentia probatur sic;si ex non corpore fieret corpus,tunc esset uacuum:sed si daretur creatio,tunc ex non corpore esset corpus productum;ergo tunc foret uacuum;minor est
Prima confirmatio. clara;maior uerò est Arist.3.cæli.tex.53.& 54. Item sequeretur quòd illud quod habet esse in materia fieret ex non materia, & per consequens non liceret ex unitate materiae inferre unitatē mundi: Sed quæ sequuntur sunt

contra Arist.1.cæli tex.92.ubi demonstrat, unitatem mundi per unitatem materiae; ea propter inquit, omnino enim quorumcunque substantia est in subiecta quadam materia; horum non contingit fieri non existente aliqua materia.igitur.&c. Item sequeretur, quòd non omne, quod produceretur, fieret de contrario in contrarium, quod est contra Arist.1. Ph.tex.44. consequentia probatur; quoniam omne contrarium est accidēs, ut patet 1. Ph. tex.52. accidens autem non potest existere, nisi alicui subiecto inhæreat; unde quùm creatio nihil præsupponat, sequitur, ut id, quod creatur, non fiat de cōtrario in contrarium &c. Secunda confirmatio.

Undecimò; si ph. concederet creationem, tunc periret eius ratio 1. Ph. tex.62. ad probandum materiam esse principium rerum naturalium, et ratio 1.de Gen. ad demonstrandum, materiam esse æternam, & ratio in 12. Met. tex. 10.& 1. Ph. tex. 82. ad ostendēdum, materiam eſse ingenitam: item rueret processus Arist. in 8. Ph. quando demonstrat contra antiquos motus æterni Undecima.

tatem: fundantur enim philosophi rationes super hoc, omni .s. agenti subiicitur materia.

Duodecima. *Duodecimò: Data creatione, dabilis esset ãnihilatio, sed consequens est falsum: igitur et antecedens: Consequentia probatur, quoniã eadem est difficultas hic, & ibi: falsitas uerò consequentis ostẽditur sic, quia annihilato corpore, aut esset uacuum, aut circumstantis corporis motus in instanti, quod totum est contra Arist. 3. & 4. Ph. item sequeretur quod dabilis esset redditio eiusdem numero, quod negatur à Philosopho 4. Met. tex. 20.*

Decima tertia. *Decimotertio: quandocunq; aliqua operatio inest pluribus, & non inest uni per alterum, necesse est, ut omnibus insit per naturam aliquam communem, sed multa agentia sunt principium motus, & mutationis, & istud non inest uni per alterum: ergo hoc competit illis per naturam alicuius ueri agentis, & primi, quod est simpliciter agens, quod Deus dicitur esse, & sic Deus benedictus secundùm suam naturam est agens per motum &c.*

Vltima. *ultimò arguitur sic: si esset agens per creationẽ,*

tunc definitio caufsæ efficientis tradita ab Arift. in 5. Met. et in 2. Ph. utrobiq; cap. de causfis efset manca, & diminuta, quod Arift. imponere eft abfurdum: igitur &c. probatur confequentia fupponendo prius, quod agens per creationem fit caufsa efficiens, ut fupra, & tunc fic arguo; ratio formalis feu definitio caufsæ efficientis eft principium, unde motus, fed quod agit per creationem, caufsat fine motu: igitur &c. Minor clara: Maior eft Arift. locis citatis &c. & hæc fufficiant pro intellectu aliarum opinionum &c.

Ponitur uera Ariftotelis fententia.

Q*Vantum autem ad tertium principale fpectat non obftantibus, quæ pro aduerfariis adducta fuerunt; dicendum eft refolute, pro uera præfentis quæftionis determinatione; uniuerfum .s. mundum de fententia Arift. dependere à Deo in genere cauffæ efficientis; circa quam conclufionem duo faciam, primo ipfam declarabo, fecundo eandem ueram effe*

pluribus rationibus demonstrabo. Circa primum aduerte, quod in præsentia ly, mundus, accipitur, prout comprahendit sub se substantias corporeas, & incorporeas, prima excepta; Vbi est considerandum quoq́, quòd aliud est uenire in esse cum ipsa materia, & aliud fieri ex supposita materia: Illud quidem denotat creationem entis cum sua materia: hoc uerò generationem entis ex supposita materia. Agens autem per creationem nihil in agendo supponit, ut dictum est supra. è contra autẽ se habet agens per generationem, ut dicitur in 1. de Gen. ex quo fit, quòd substantiae incorporeae, prima excepta, neq́ cùm materia, neq́ ex supposita materia habuerunt esse, post non esse, sed suum esse simpliciter, post non esse effectiuè fluxit à primo ente: substantiae autem corporeae, ut sunt quatuor elementa, et orbes cœlesti acceperunt à Deo esse post non esse simul cùm ipsa materia, non autem producta sunt ex supposita materia, cætera uerò corpora, quae mixta esse dicuntur, fuerunt facta à Deo per generationem ex quatuor primis

elementis

elementis, exceptis tamen eternis, quoniam quod fit per generationem, non pote ſteſſe eternum, cum generatio tempus requirat; ut dicitur in primo de gene: licet generatio ipſa ſemper fuerit ſecundum Ariſt. quoniam generatio præcedit genitum tempore unde colligitur, quod quamuis mundus effectiuè pendeat à Deo, nihilo ſecius non omnia ab ipſo fuerunt producta per creationem, niſi fundamentaliter, quatenus .s. prima elemēta, ex quibus tanquàm ex proprio fundamento orta ſunt prædicta mixta, et hac ſatis pro declaratione concluſionis &c. Circa uerò ſecundum, primò pro ueritate concluſionis demonſtrabo Ariſt. poſuiſſe creationem de posſibili; Secundò oſtendam concesſiſſe etiam ipſam de facto eſſe: Pro prima parte argumentor ſic, & primò; Deus per Ariſt. habet uigorem infinitum: ergo ſecundum eum creatio eſt posſibilis; Secundò; Deus eſt agens non ordinatum ad aliud, cætera uero entia ſunt agentia ad ipſum ſubordinata: ergo posſibilis eſt creatio. Antecedens eſt Ariſt. 12. Met. tex. 52. Conſequentia

Corollarium.

Qd Ariſt. poſuerit creationem de posſibili

Prima ratio.

Secūda.

uerò probatur dupliciter; & primo sic; quantò agens est nobilius, tantò minora in agendo requirit, sed omnia agentia subordinata supponunt materiam in potentia secundùm magis, & minus: ergo agens non subordinatum ad aliud, quod est nobilius omnibus agentibus, nihil in caußando supponit: igitur &c. Secũdo; diuersum agens diuersum habet modum operandi; Sed omnia agentia subordinata agunt ex subiecto: ergo agens non ordinatum ex nihilo producit. Minor clara: Maior uerò probatur, quoniam modus operandi arguit modum essendi, & è conuerso. Tertiò, & ultimo principaliter arguitur sic; In plus se habet actus, & potentia, quàm ea, quæ per motum dicuntur: ergo posſibilis est creatio. Antecedens est Arist. 9. Met. cont. 1. Consequentia uerò probatur, quia potentia appellatur, secundùm quam dicitur quid posse agere, aut pati, ut patet 5. Met. cap. de potentia: igitur agere, & producere in plus se habent, quàm mouere, uel caußare per motum: ergo. &c.

Tertia.

Quantum uerò ad secundam partem pertinet, sumo primo Arist. auctoritatem in 12. Met. tex. 30, Vbi philosophus postquam ostẽderat primum principium esse actum à potentia penitus seiunctum, obiicit cõtra hoc; & pro clariori intelligentia dicendorum, istam partem huius tex. exponere decreui, in qua ph. duo facit, primo ponit rationem dubitandi, secundo pro ueritate, ad oppositum argumentatur, ibi (sed si hoc, nihil erit) dicit autem in prima. Qđ etiã posuerit creationem de facto esse.

Atqui dubium est, nam omne quidem agens posse quoq; uidetur: potens uerò non omne agere. Quare potentia erit actu prior.

Pro textus intelligentia formetur ista ratio dubitandi hunc in modum. Potentia prioritate naturæ est prior actu; ergo primum principium non est purus actus, sed pura potentia: pro consequentia suppono, quòd ens bene diuidatur per actum, & potentiam, & hoc supposito, tunc deducitur sequela, quoniam primum principium prioritate naturæ, est prius entibus omnibus &c. Antecedens uerò probatur sic; Illud est prius prioritate naturæ, à

quo non conuertitur subsistendi consequentia, sed potentia non conuertitur cum actu: igitur &c. Maior est Arist. in 5. Met. & in Post predic. utrobiq; cap. de Priori: Minor uerò patet in tex. De ratione ph. solum tãgit probationem antecedentis, de qua primo probat minorem, secundo uerò ponit conclusionem, ibi. (quare potentia erit. &c) reliquum autem prætermittit, & deinde quum dicit.

Sed. si hoc est, nihil entium erit, contingit.n. posse quidem esse, non dum uerò esse:

Nunc ph. pro ueritate in oppositum arguẽdo, ostendit rationis dubitandi falsitatem, & dicit, quòd antecedens prædictæ rationis sit falsum: circa quod duo facit, primò quod dictum est: secundo reicit quandam tacitam responsionem, ibi. (enimuero si ita sit, etc.) Pro falsitate autem istius antecedentis demonstrãda, manifestat quid nam sequatur, ipsum concedendo: Itaq; arguit à destructione consequẽtis, ad destructionem antecedentis, & ratio text. potest hunc in modum erigi: si potentia prioritate naturæ præcederet actum, tunc nihil esset in actu, sed omnia forent in potentia,

consequens est falsum, igitur & antecedens, consequentia probatur, quoniam tunc contingeret posse quidem esse, non dum uerò esse. falsitas uerò consequentis patet ad sensum, quia multa uidemus, quæ sunt in actu; De ratione ph. primo ponit antecedens; Secundo consequens, ibi (nihil entium erit) tertio uerò probationem consequentiæ, ibi (contingit posse quidem esse &c.) reliquum uerò pretermittit, & deinde quùm dicit.

Enim uerò si ita sit, ut Theologi dicunt, qui ex nocte res generant, aut naturales, qui simul res omnes inquiunt esse.

In presentia ph. remouet quandam tacitã responsionem, quam quispiam ad rationẽ pro ueritate allatam ualeret adducere; circa quod duo facit; primo ponit responsionem; secundo ipsam reicit, ibi (dicunt idem impossibile;) dicit in prima, quod aliquis poterat negare consequentiam prædictae rationis, & ad eius probationẽ dicere, quod quamuis omnia prius fuerint in potentia; & nihil fuerit in actu, attamen propterea non est neceßario confitendum, omnia semper esse in potentia, & nihil in actu;

etenim nihil prohibet, ut illud quod est in potentia; ad actū transeat, unde falsum est quod semper contingeret posse quidem esse; non dum uerò esse &c. Et hec responsio uidebatur posse afferri, à philosophis naturalibus, qui ex chao cuncta generant; Et à theologis, qui ex nocte omnia fieri asserebant, &c. & deinde cum dicit.

Dicunt idem impossibile, quomodo enim mouebuntur, si non fuerit actu aliqua caussa? non.n. materia domus se ipsam mouebit; sed eam mouebit ædificandi facultas; neq; sanguis menstruus seipsum, neq; terra seipsam mouebit, sed ipsum semen.

Nunc ph: dicit quod predicta responsio sit falsa, ac proinde quod, idem, quod prius, consequatur absurdum; & impugnat istā responsionem hunc in modum; si prioritate naturæ res omnes per te habuerunt prius esse in potentia, quam in actu, tunc ipse ut de potentia in actum transeant indigerent auxilio causse efficientis in actu, sed in illo priori naturæ, antequam entia transeant de potentia ad actum, nulla dabatur causa efficiens, ergo nihil de potētia ad actum reduci poterat; ergo nihil es

ſet in actu; ſed omnia forent in potentia; ergo ſequitur idem abſurdum, quod prius conſequebatur, igitur predicta reſponſio non tollit argumentum; maior probatur, quoniam trã ſitus predictus non poteſt fieri, ſine cauſa efficienti in actu; minor uero patet: quia per te in illo priori nihil erat, niſi ipſa potentia; quod eſt materia prima; Sed materia non poteſt eſſe cauſa efficiens, igitur &c. De ratione ph. primo interrogatiuè ponit probationem maioris; ſecundo probationem minoris, ibi (non enim materia ipſa etc.) reliquũ uerò pretermittit; & in hoc loco aduerte, quod ph. non negat poſſe fieri tranſitum de potentia ad actum; ſed dicit eſſe impoſſibile fieri iſtum tranſitum ſine cauſa efficienti in actu &c.

In hoc Ariſt. progreſſu conſiderandum eſt, quando ph. arguendo dicit; ſi potentia precederet actum, tunc nihil eſſet in actu; Sed omnia forent in potentia; ubi eſt primo notandum, quod conceſſo antecedente iſtius rationis neceſſario fit conſequens, omnem formã, etiam primi entis formam non eſſe in actu, Primum notabile.

sed in potentia; quoniam aliter aliquid esset in actu, & non omnia forent in potentia, et tunc deinde existeret aliqua causa efficiens, priusquam entia transeant de potentia ad actum, quod totum est contra textum; Secundo sequeretur quod potentia, in qua omnia essent, foret primum principium, quoniam illa potentia foret prior entibus omnibus, sed primum principium est huiusmodi, igitur &c. Ex quo fieret etiam consequens, quod primum principium non sit purus actus, sed pura potentia; vnde sequeretur, quod primum principium esset materia prima, quia sola materia est pura potentia; & ex consequenti materia prima esset illa potentia in qua omnia forent; Et sic forma primi entis esset in potentia materia, cum omni alia forma; consequentia patet; nã si omnis forma foret in pontentia, et illa potentia est primum principium, quod quidem est materia prima; procul dubbio pontentia materiae esset illa potentia in qua foret primi entis forma cum ceteris formis; vnde fieret etiam consequens, quod omnis forma producerretur

rctur

retur ex materia; quia quicquid est in potentia materiæ, educitur ex materiæ gremio, si producitur, &c. quod totum quoq; confirmatur, per prædictum contex. quando in eius expositione dicebamus, quod antequam entia de potentia ad actum reducantur, nihil erat, nisi, ipsa potentia, quod est materia prima. Hoc idem manifestat in crepatio theologorum, & naturalium, qui ex nocte, & ex chao cuncta generabant, ab Arist: facta in tex. 32. eiusdem libri, id quod nullo pacto efficere potuisset Arist: si concedatur quod actum potentia antecedat &c. Secundo scias quod Arist: uult hec omnia necessario consequi, si prædictum antecedens concedatur, quoniam ipse arguit, à destructione consequentis addestructionem antecedentis; vnde dicit quodque sequuntur sint falsa, ac proinde antecedens non est uerum; Ex quo colligitur quod ph. demonstrando potentiam non esse actu priorem; Ex consequenti probat primum principium non esse puram potentiam; Et per consequens quod materia prima non sit primum principium Secũdũ.

Tertiũ. *&c. Tertio consideranda est probatio consequentiæ, quando .s.ph. dicit; contingit posse quidem esse, non dum uerò esse; pro quare est animaduertendum, quod ueritas huius probationis demonstratur ab Arist: quando ipse tacitam illam antiquorum responsionem reicit; ubi attendenda est primo maior, quùm dicebatur; si prioritate naturæ res omnes per te habuerunt prius esse in potentia, quàm in actu, tunc ipsæ, ut de potentia ad actum transeant, indigerent auxilio causæ efficientis in actus; ex hac maiori colligitur, quod si potentia esset actu prior, & per consequens; si potentia foret primum principium; tunc oporteret, ut ipsa sit causa efficiens rerum omnium, unde sequitur quod potentiæ repugnat esse actu priorem, & ex consequenti primum principium inquantum ei repugnat esse causam effectiuã cuntorum entium &c. Secundo loco est notandum, quod predicta repugnantia, in est potentiæ in quantum materia non potest esse causa efficiens: pro qua ueritate consideranda est probatio minoris eiusdem rationis; quando di*

cebatur, quia per te in illo priori nihil erat, nisi ipsa potentia; que est materia prima; sed materia non potest esse causa efficiens; igitur &c. & hec satis pro expositione con tex. etc.

His autem sic prelibatis; tunc multa ex hoc contex: in ueritatis fauorem colliguntur rationes; Et primo arguitur sic; per Arist. in tex ualet dicere, primum motorem, & omnia entia fieri ex prima potentia, quod est à materia prima, si potentia precederet actum; ergo secundum eum ualebit etiam asserere, materiam primam, & omnia entia esse producta ab actu, quod est a deo, si actus antecedit potentiã sed actus secundũ philosophum est prior potẽtia; igitur etc. minor patet in tex. Maior uero probatur per locum à contrariis, quoniam nõ uidetur maior ratio de uno quam de altero &c. secundo si prima materia non esset producta adeo, tunc actus prioritate naturæ non præcederet potentiam, nec e contra, sed consequens est contra Arist: igitur & antecedens, pro consequentia est notandum, quod Arist. faciendo comparationem inter actum & po-

Prima ratio. Principalis.

tentiam, quantum ad naturae prioritatem; ex consequenti quantum ad idem comparat primam materiam cum prima forma, quam deus appellamus, quoniam Deus benedictus est primus actus, et prima materia, est prima potentia, unde sicuti per Arist: actus simpliciter est prius prioritate naturæ ipsa potentia, ita etiam secundum eũ prima forma est prior natura materia prima; ea propter philosophus postquam in tex: citato probauit actum esse priorem potentia; in tex. 32. deinde laudauit anaxagoram, qui posuit entibus omnibus deũ esse priorem, quem ipse intellectum uocabat; quinimo ista difficultas, utrum. s. actus prioritate naturæ sit prior potentia? tota in quam consistit in hoc; utrum. s. prima forma prioritate naturæ sit prior materia prima, quia omnis potentia, à materia prouenit, & omnis actus à forma; unde si materia prima est prior prima forma; tunc potẽtia prior erit ipso actu, si autem contrarium fuerit, oppositum consequi est necesse; eapropter Arist: in tex: cita: uolens ostendere actum esse priorem potentia, de

monstrauit quoq; quod materia prima non sit primum principium; & per consequens, quod sit posterior ipsa forma, ut colligitur ex nostra expositione, cum dicebatur quod materie repugnat esse causa efficiens &c. hoc autem supposito, tunc deducitur sequela; quia tunc prima forma, que est primus actus, non esset prior prima materia, que est prima potentia, quod quidem pro probatur sic, quoniam tunc materia à nullo esse haberet; & ex consequenti foret eterna; sed nullum eternum habens esse, à se potest esse posterius aliquo posterioritate naturæ igitur &c. maior clara; minor uero probatur, quoniã aliter nihil prohiberet, quin Deus qui eternus, est & à nullo esse habet sit posterior natura aliquo; igitur &c. Tertio non esse rerum omnium, Deo excepto, prioritate naturæ præcedit esse: igitur res omnes habẽt caussam efficientem: Consequentia probatur sic: Sicuti se habet potentia ad actum, ita non esse ad esse: sed omne id, cuius potentia prioritate naturæ præcedit actum, requirit caußam efficiẽtem, ut reducatur ad actum: igitur omne id,

cuius non esse prioritate naturae praecedit esse, indiget caussa effectiua, ut de non esse ad esse transeat. Maior patet per conuenientem similitudinem , quoniam potentia est quoddam non esse, actus uerò est quoddam esse: Minor uerò ponitur in textu . Antecedens autem probatur dupliciter: Et primo esse primi motoris est prius prioritate naturæ, quàm esse aliarum rerum, quùm primus motor sit primum principium, de ratione cuius est, ut prioritate naturæ entia omnia antecedat, ut patet in text. prædicto: ergo in illo priori, in quo Deus cuncta entia praecedit, res aliae non erant, et per consequens, tunc res omnes erant purè nihil, quoniam si essent aliquid, tunc esse primi motoris non antecederet esse ipsarum, & hoc stante tunc subsumo: si in illo priori res non erant, non esse rerum praecedit esse ipsarum igitur &c. Secundò; omne, quod sibi derelictum est non ens , prius ordine naturae habet non esse, quàm esse; sed si res derelinqueretur à Deo abirent in nihilum: igitur rebus omnibus prius ordine naturae competit non esse

quàm esse. Maior probatur, quoniam aliter propter ablationem cuiuscunq; alterius nõ caderet à suo esse: Minor uerò est ab omnibus concessa, & habetur etiam per Arist. 12. Met. tex. 29. ubi dicit, si Deus non esset, tunc omnia forent corruptibilia. Item in tex 38. eiusdem lib. dixit Deum esse necessarium, sine quo entia simpliciter esse non possunt. Sed quispiam ad istas huiusce antecedentis probationes fortasse diceret, quòd ordo naturae non consistit, ut esse posterioris praecedatur ab esse prioris: Sed quòd posterius dependat à priori, & hoc Scotus sentire uidetur. Contra hanc responsionem arguitur sic; & primo ordo naturae per Arist. non solùm definitur per dependentiam posterioris à priori, uerùm etiam per praecedentia esse posterioris ab esse prioris: ergo ordo naturae non solùm consistit in posterioris dependentia à priori, sed quoq; in ipsa praecedentia esse unius ab esse alterius. Antecedens patet per Arist. 5. Met. cap. de priori, ubi distinguit prius secundùm naturam, contra alios modos Prio-

Opinio Scoti. Impugnatio. Prima ratio.

ris, dicens: Alia uerò sunt priora, & posteriora secundùm naturam, & substantiam, quae contingunt esse sine aliis, & alia non sine ipsis. &c. Consequentia uerò deducitur; quia si ordo naturae solùm consisteret in ipsa entitatis dependentia, non autem in ipsa praecedentia, tunc esse, & non esse non ponerentur in eius definitione, igitur &c. Secũda. *Secundo: quando dicimus aliquid esse prius natura altero nihil aliud confitemur, nisi quòd esse prioris, non est per esse posterioris, sed è conuerso; ut patet de subiecto, & propria passione: ergo esse prioris secundùm naturam praecedit esse posterioris: igitur etc.* Tertia. *Tertiò; haec opinio contradicit Arist. 12. Met: tex. praedicto, ubi ex eò, quòd potentia sit natura prior actu, concludit omnẽ actum habere esse in potentia materiæ, & nihil esse in actu, quod non eßet uerum si prioritas naturæ per te consisteret solùm in ipsa dependentia, non autem in ipsa præcedentia, quia tunc eße potentiæ, non præcederet esse actus, quod est contra Arist. loco citato: igitur &c. Et confirmatur ratio principalis ar-*

guendo sic; In illo naturæ priori, in quo Deus entia omnia antecedit possibile erat esse res, alioquin si non fuisset possibile, fuisset quoq; impossibile res fore, sed ista possibilitas non fundatur in rebus, quùm sint purè nihil in illo priori; ergo fundatur in primo motore; et hoc stante tunc accipio; Esse rerum omnium pendet ex ista possibilitate, que fundatur in primo motore, tanquàm in causa effectiua, quùm alio pacto fundari sit impossibile; ergo esse rerum omnium pendet à primo motore, sicut à causa efficienti, & ista ratio confirmatur per Arist: in tex: præfato; quia sicuti sequebatur, omnia primo prioritate naturæ fundari in prima potentia; que est materia prima, tanquàm in causa prima; si potentia precederet actum, ita etiã sequitur per locum, à contrariis, omnia primo prioritate naturæ fundari in primo actu, qui est deus optimus maximus, tanquàm in causa prima; quùm actus per Arist: potentiam antecedat. Quarto Anax: ex eo quod actus precedit potentiam ostendebat omnia fuisse facta à deo; ergo ex eodem fundamento sequi-

Confirmatio rationis principalis.

tur secundum Arist: cuncta dependere à deo in genere causæ efficientis. Antecedens probatur; quoniam Anax: ex eo, quod actus antecedit potentiam, demonstrabat deum quem intellectum uocabat, esse priorem entibus omnibus, sed ex hac prioritate, secundum eum fiebat consequens, deum esse caussam vniuersi effectiuam; igitur &c. maior patet per Arist: quoniam postquam in tex: citato probauit actum esse priorem potentia: in tex: 32. deinde laudauit anax: qui intellectum posuit esse priorem entibus omnibus: minor uero patet quoniam Anaxagoras asserit intellectum esse causam effectiuam totius mundi; ut patet per Arist: 1. meth. sum. 2. cap. 2. quod non esset uerum, si deus non foret prior entibus omnibus; ergo ex hac prioritate consequitur uniuersum effectiue dependere à deo &c. Consequentia uerò deducitur; quoniam Anaxagoras cōuenit cum Arist: quod actus sit prior potentia; ut patet in tex: 32. iam cita: vbi philosophus Anaxagoram commendauit; igitur etc. Quinto, ex eo quod actus potentiam antece-

dit, sequitur deum esse primum principium, ut patet tex: illum considerantibus; igitur ex eodem fundamento necessario fit consequens, deum entium omnium esse causam effectiuã, et cuncta fuisse facta ab ipso, consequentia probatur, quoniam de condictione principii est, ut omnia fiant ab ipso, ut patet per Arist: 2. meth: contex. 4. & 1. ph. contex. 43 sicuti etiam docet philosophus in 5. meth: tex: 1. ubi distinguens omnia significata ipsius principii, tum in cognoscendo, tum in essendo, inquit; vniuersis igitur principiis est comune; unde aut est, aut fit, aut cognoscitur, horum uero, quedam intrinsecus, quedam uero extrinsecus sunt &c. Item sicuti primum principium in cognoscendo, quod est de quolibet dicitur esse, uel non esse; est causa efficiens logicalis aliorum omnium cognitionis principiorum; & per consequens omnium conclusionum: ita etiam per conuenientem similitudinem, primum principium in essendo, quod est deus, est causa realis effectiua cunctorum omnium in essendo principiorum, & ex conse

quenti omnium entium &c. Item philosophus 2. meth: tex: sex: loquendo de principiis in essendo, dicit quod in quolibet genere causarum deueniendum sit ad primum, à quo omnia emanant, quæ sunt sub eo genere. Sed deus est est prima forma, primus finis, & primum efficiens, ut comuniter dicitur, igitur deus erit causa causarum in istis tribus generibus &c. Item sicuti causæ, & res materiales eternæ; ut sunt elementa emanant secundum esse à causa prima materiali: quod est, à materia prima; ita etiam per conuenientem similitudinem omnia entia, & causæ efficientes, formales, & finales secundum esse fluunt à primo ente, à primo fine, à primo efficiente & à prima forma; quod est à deo optimo maximo &c. Item potentiæ repugnat esse priorē actu; & ex consequenti esse primum principium, inquantum non potest esse causa efficiēs rerum omnium, & ista repugnantia adest potentiæ, inquantum materia nequit esse caussa effectiua; ergo de ratione primi principii est, ut cunctorum entium sit caussa efficiens. Ante-

cedens patet per ea que dicta sunt circa tex: expositionem, consequentia uerò est clara etc. Item postquam philosophus in tex: predicto, ex eo quod actus sit prior potentia, deduxit materiam primam non esse primum principium; in tex: 32. deinde increpauit antiquos qui ex materia, seu ex chao, aut ex nocte, cuncta generabant; ergo de ratione primi principii est, ut omnia fieret ab ipso; Consequentia patet, quoniam aliter philosophus nō posset antiquos accusare; nam si potentia praecederet actum omnia fierent ex materia, ut supra dictum est; igitur &c. Sexto, & ultimo, ex eo quod actus precedit potentiam. Sequitur primum principium esse unum, ergo ex eodē fundamento fit consequens, deum esse caussam effectiuam uniuersi. Antecedens patet in tex: predicto, consequentia uerò probatur; quoniā aliter primum principium esset plurificatum; quod quidem duppliciter ostenditur; supponendo prius, quod deus simpliciter est primum principium; Et tunc sic arguitur; Et primo; si materia non esset effecta adeo, tunc simpliciter

esset primum principium; igitur per supposi-tum duo forent prima principia. Antece-dens probatur, quia tunc materia, à nullo prio ritate naturæ precederetur, ut dictum est su-pra; sed de ratione spetiali primi principii sim pliciter est, ut prioritate naturæ à nemine præ cedatur, ut patet per Arist: in tex. iam expo-sito, cum dubitando, dicebat, actum non esse primum principium, quia potentia prioritate naturæ actum antecedit; et deinde soluens hãc dubitationem, dixit, actum esse primum prin cipium, quoniam prioritate naturæ actus est prior potentia; igitur etc. Secundo, sicuti deus est primum principium simpliciter, quia est prima causa formalis finalis & efficiens; ita per conuenientem similitudinem, materia pri ma, si non esset facta ab aliquo, foret simplici-ter primum principium, quoniam est prima causa materialis &c. Item, si primum princi-pium esset plurificatum; tunc perse non esset neq; optimum, neq; pulcherrimum, nec econ-tra; consequens est falsum; igitur & illud ex quo sequitur; consequentia probatur, supponen

do prius, quod dua forent species primi principii, si ipsum esset plurificatum; materia.s. & deus benedictus; et hoc supposito; tunc sic argumentor; quod cõpetit generi per aliquam eius speciem, id sibi per accidens; et non per se attribuitur; ut animal per accidens est rationale; Sed esse pulcherrimum, & optimum competit primo principio per aliquam eius spetiẽ, ut puta per ipsum deum, igitur &c. maior clara, minor uero probatur; quia si per se competeret; tum materia prima foret pulcherrima, & optima; Sed consequens est falsum; igitur & illud ex quo sequitur, consequentia probatur; quoniam quicquid per se competit generi; id omne per se in est cuntis speciebus illius generis; sed materia est species primi principii, igitur &c. Falsitas uerò consequentis; patet per Arist: 12. meth: tex. 40. ubi inuehitur contra pithagoram, & speusippum; qui pulcherrimum, et optimum primum principium esse negabant: propterea quod genitale semẽ, & menses muliebres, que sunt animaliũ principia; nec optima, nec pulcherrima sint; Sed

Opinio pithagoræ, & speusippi.

illud melius, quod ex illis procreatur. At errant inquit philosophus, quoniam neq; semen neq; mēses muliebres principia sunt sed pater & mater, qui non modo perfecti sunt, sed etiā semine, & mensibus priores; itaq; primum principium optimum est, & pulcherrimum. In quo tex: ut ad principalem conclusionem probandam redeamus; est primo aduertendum, quod isti antiqui, principium rerum omnium, dicebāt esse materiam primam, quæ proculdubio nec pulchra, nec bona est; cum omnis pulchritudo à forma proueniat; quò fit, ut proportio, que est inter semen genitale, & patrem & matrem, sit inter primum ens, & primam materiā; ut facit philosophus in tex. Sed prioritas, qua mater & pater, antecedunt semen, et menses muliebres includit causam effectiuam seminis, & mensium muliebrium, à patre, & à matre; igitur prioritas, qua deus materiam primam præcedit, includit causam efficientem ipsius materiæ, à deo; Secundò uerò est notandum, quod prædicta proportio solum attenditur, penes causalitatem,

tem,

tem, & ordinem rerum; non autem penes modum caussandi; quia philosophus respondendo per istam proportionem determinat questionem motam, ab antiquis: Omnis autem responsio debet intelligi, ut intelligitur quesitum; etenim responsio, & quesitum sunt relatiua; sed predicta quest ,ut patet in tex: solum consistit in ordine, & causalitate rerum; non autẽ in modo caussandi igitur &c. Ex quo colligitur quod per istam proportionem non ualeat inferre, sicuti semen est de substantia hominis, ita materia est de substantia dei, quia hoc competit homini propter modum agendi, non aũt propter ordinem, & causalitatem rerum; diuersus est autem est modus agendi entis subordinati, & non ordinati, ut supra dicebamus: igitur &c. Et hac proportione sic bene intellecta, possumus etiam in fauorem ueritatis, sic arguere, sicuti se habent agentia particularia ad materias particulares, ita agens primum ad materiam primam, per conuenientem similitudinem; sed omnia agentia particularia dant esse materiis particularibus, igi

Corollarium.

tur agens primum dedit esse materiæ primæ. Maior patet per predictam Arist: proportionem; minor uerò probatur duppliciter, & primo inductione; quoniam agentia perfecta particularia, ut animalia perfecta, suam ex qua agunt generant materiam, ut homo generans, producit semen ex quo generat &c. Secundo quia materia, ut particularis efficiatur, non habet à se, sed ab agente particulari, primo quoniam aliter materia prima ad unã, & particularem formam esset in potentia tãtum, quod est falsum igitur &c. Secundo quia particulare, ut particulare est, dicit quoddam determinatum, Sed materia prima est indeterminata ad omnes formas, & determinatur ab agente particulari, ad hanc uel ad illam formam: igitur esse particulare materiae primae prouenit ab agente particulari. Ex omnibus autem que dicta sunt, colligitur dilucidè, quomodo ex eo, quod actus sit prior potentia, consequatur mundum effectiuè, à deo dependere. &c.

Secũda *Secundo principaliter arguitur sic, mun-*

dus dependet adeo, ergo productus est ab ipso. Antedens est Arist. 12. meth. tex. 38. consequentia uerò probatur dupliciter; & primo per unicam rationem Heruei 2. quoliqet. q. 1. ubi sic argumentatur; Omne quod sibi derelictum est non ens, habet caussam efficientē; sed omne quod dependet, à quacunq; caussa est huiusmodi, ergo &c. maior probatur; quia omne illud, quod ordine naturæ, uel temporis est prius, non ens, quam ens, requirit caussam efficientem, adhoc, quod sit, quia requirit omne id, per quod itur de non esse ad esse, omne autem tale requirit caussam efficientem. Sed omne illud, quod sibi derelictum, est non ens, prius ordine naturà habet non esse, quam esse; alioquin propter ablationem cuiuscunq; alterius non caderet à suo esse, ergo &c. probatio minoris, quia si dependens maneret derelictum ab eo, à quo dependet, tunc non plus dependeret ab eius esse, quam à non esse, quia equaliter est isto ente, uel non ente, sed impossibile est aliquid dependere à non ente, uel à non esse: ergo impossibile est quod dependens

ratio principalis.

Herueus.

ab alio, sibi derelictum, maneat ens; & per cō sequens oportet, quod sibi derelictum sit non ens. Hec ille &c. Secundo quoniam quando philosophus 12. meth: loco citato dicit, celum & naturā à deo dependere, non solum intelligit de dependētia caussæ finalis; sed ēt caussæ efficientis, id quod probatur dupplicit er; et & primo; In illo genere caussæ intelligit philosophus dependere cælum, in quo natura ipsa; sed natura non solum dependet à causa finali, sed etiam ab efficiente, igitur &c. maior patet per philosophum in tex. quia ibi coniuncte loquitur de natura, & cælo; neq; est rationabile in una enuntiatione equiuocasse; Accedit, quoniam dependentia cæli, & naturæ, à deo, infertur ab Arist: ex eisdem præmissis, ut patet progressum Arist: considerantibus; igitur &c. Minor uerò probatur, quia natura, ut habetur 2. ph. Est principium motus, & quietis in eo, in quo est; Sed huiusmodi principium habet causam efficientem, & effectiue dependet à deo, igitur &c. Secundo ista conclusio, quod .s. cælum, et natura depen

deat à deo, originem ducit ex eo, quod actus est prior potentia, sed ex hoc fundamento necessario sequitur, deum esse caussam effectiuam mundi: igitur philosophus per ly. dependere, intelligit non solum dependentiam caussae finalis, sed etiam causse efficientis; Minor patet per ea, quae dicta sunt in praecedenti ratione. Maior uerò probatur, quoniam si potentia praecederet actum, tunc omnia essent in potentia materiae, & per consequens materia non dependeret à Deo, sed è contra, ut supra dictum est: igitur &c. Amplius dato, et nõ concesso, quòd philosophus loquatur solùm de caussae finalis dependentia, tunc non propterea neganda est sequela, quòd quidem dupliciter probatur, primo; quia ratio caussae finalis est illa, cuius gratia cætera fiunt, ut definitur ab Arist. 5. Met. & 2. Ph. utrobiq; cap. De caussis: ergo Deus finalis caussa mũdi existens, erit quoq; efficiens. Secundò; si in schola peripatetica caussa finalis per te existeret etiam eorum, quae non facta sunt, tunc definitio huiusce caussae tradita ab Arist. locis

citatis, foret diminuta, & manca, quod tanto philosopho imponere est absurdum, igitur &c. & confirmatur ratio principalis tripliciter, et primò per Arist. in 1. de Cœlo tex. 100. ubi haec habet uerba; Secundum autem rationem, & totius cœli finis, & finis omne tempus, ac infinitatem continens, æuum est ab eo, quod sit semper, supra denominatione, immortale, & diuinum, unde et aliis pendet his quidem exactius, his quidem obscurius esse uiuere &c. Vbi aduerte, quòd per ly uiuere, intelligit conseruari, ita quod dicit, quod uniuersum pendet à Deo, tùm in esse, tùm in conseruari: Ex quibus Arist. uerbis arguitur sic; Dare esse proprium est caussæ efficientis, conseruare uerò esse, est proprium caussae finalis; sed Deus propter dependentiam: quam mundus habet ab ipso, non solum esse rerum conseruat, sed etiam dat rebus ipsum esse: igitur mundus non solũ dependet à Deo in genere caussae finalis, sed quoq; in genere caussæ efficientis. Maior clara: Minor uerò patet in tex. quùm dicitur, unde, & aliis pen-

Confirmatio prima.

det, his quidem clarius, his quidem obſcurius eſſe uiuere, & clarior ſcriptura habet: Vnde communicatum eſt eſſe, his quidē clarius, his quidem obſcurius. &c. Communicare autem eſſe, aliud nihil eſt, niſi dare eſſe: igitur &c. Et confirmatur iſta ratio, quia philoſophus loco citato accipit diuerſitatem conſeruationis rerum ex parte Dei: igitur ſecundùm eum mūdus effectiuè dependet à Deo. Antecedens patet, quùm dicit; Vnde pendet uiuere, his clarius, his uerò obſcurius, conſequentia uerò deducitur, quoniam aliter iſta diuerſitas nō poſſet ſumi ex parte Dei, quod quidem probatur dupliciter, & primò; quia Deus equaliter rebus omnibus influit, unaquæq; autem res accipit influentiam ſecundùm ſuam capacitatem: itaq; diuerſitas conſeruationis entium eſt ex parte rerum &c. Secundò; quoniam Deus ꝑ philoſophum, ut dictum eſt, neceſſariò res conſeruat, unde lapis, ut obſcurius conſeruetur, quàm homo, nō prouenit ex parte Dei, ſed ex natura lapidis, q̄ æqualē cōſeruationē cū hoīe nequit accipere: igitur &c. Sed dices, q̄d iſta

rõnes equaliter militant siue ponatur quod Deus sit caussa effectiua entium, siue non. Respondeo, quod hoc non sit uerum, nam licet differentiæ conseruationis rerum oriãtur ex parte entium, nihilominus hoc competit rebus propter diuersitatem entitatis ipsarum, sed ista diuersitas entitatis nõ potest prouenire à Deo, nisi inquantum est caussa efficiens rerum omnium: igitur istæ differentiæ sumuntur ex parte Dei, inquantum mundus effectiuè dependet ab ipso &c. Ex quibus colligitur, quòd mensura conseruationis entitatis pendeat ex mensura communicationis boni: ea propter philosophus hoc in loco de utraq; mensura coniunctè loquutus est &c. Secundò, si mundus effectiuè non dependeret à Deo, tunc Deus penderet à rebus; sed consequens est falsum, ut patet per Arist. 12. Met. locis citatis: igitur & illud ex quo sequitur. Consequentia deducitur, quia tunc necessitas operationis diuinæ penderet à rebus, quoniã tunc non esset cõmunicatio boni immediata, quo dato sequitur conclusio p ea, quia dicta sunt in 1. q. igitur etc.

Corollarium.

Secũda.

tertio,

tertio, & ultimò arguitur sic: Illud, à quo dependet propria operatio alicuius, ab eodem pendet essentia, quem consequitur operatio: patet ista inductiuè, quia à quo dependet passio, pendet et subiectum, sed motus cœli, qui est propria operatio, & passio cœli, dependet ab intelligentia: ergo, & substantia cœli ab intelligentia pendet; motus autem cœli, dependet effectiuè ab intelligentia: ergo & ipsum cœlum &c. & ista ratio est Au. in lib. de substantia orbis cap. 2. ubi reprahendit illos, qui dicebant cœlum dependere à Deo quantum ad motum, non autem quantum ad substantiam suam, sicuti etiam refert noster Zimara in quaestione de triplici caussalitate intelligentiae &c. Tertia:

Tertio principaliter arguitur sic; Corruptibilia habent caussam efficientem: igitur et aterna. Antecedens clarum: Consequentia uerò deducitur ex Arist. in 1. de part. animalium cap. 1. vbi enumerando caussas, tùm aternorum, tùm corruptibilium, inquit, inest autem necessitas rebus quidem aternis simpli Tertia rō principalis.

ci, absolutaq; ratione, sed caducis etiam, gignendisq; omnibus, ex suppositione tribuitur, quomodo in arteficiosis, ut in ædibus, aut quibusuis aliis generis eiusdem; materiam enim talem adesse necesse est, si domus, aut quiuis alius finis futurus sit, atq; etiam fieri, moueriq; illud primùm oportet, deinde hoc, ac deinceps ad hunc modum itur ad finem, cuius gratia res quæq; efficitur, & est; eodemq; modo, in rebus natura gignendis agitur &c. Vbi aduerte quòd per esse simplex, intelligit esse per caussam formalem, finalem, & efficientē: per esse uerò ex suppositione; accipit esse, quod fluit à caussa materiali, & hoc totum declaratum est ab Arist. 2. Ph tex. 78; sicuti etiam ibi perbellè docuit diuus Thomas, ergo si corruptibilia conueniunt cum æternis, quantùm ad esse, quod habent à caußa finali, efficiente, & formali, & differunt quantum ad esse, quod fluit à materia, consequens erit dicere, aut quòd corruptibilia non habent caussam effectiuam, aut si habent, efficiens quoq; caussa inerit ipsis æternis, aut quòd Arist. sit men

titus &c. ex quo tex. colligitur primùm, quòd mixta, quæ ſecundùm Ariſt. fuerunt ab æterno, non acceperunt eſſe per generationem, ſed per creationem, & ex conſequenti, quòd nullum mixtum eſſet æternum, ſi mundus effectiuè non dependeret à Deo. Secundò colligi poſſe uidetur quoquo pacto illa ratio communis: Ariſ. s. in agendo ſupponit ſubiectum in actu: Natura in potentia: ergo Deus, qui perfectisſimus eſt omnium, nihil in cauſſando ſupponit, quia quãto agens eſt nobilius, tantò minora in agendo requirit &c. Et confirmatur iſta ratio, quia philoſophus 8. Ph. tex. 15. arguendo contra Empedoclem, qui dicebat, quod lite dominante, omnia ſegregabantur, & amicitia dominante, omnia congregabantur, & quòd modò erat quies, modò uerò motus, & quòd hæc omnia fiebant equalibus temporibus, aſſerit, quòd non ſufficit hoc dicere, ſed oportet cauſſam huius reddere, ſed quia iſte dicebat, quòd non erat cauſſa reddenda ſemper entium, contra arguit Ariſt. & dicit, quòd iſta reſponſio Empedoclis ſit fal

Primũ corollarium.

Secũdũ.

Confirmatio.

sa, nam licet in quibusdam æternis uerum sit, quòd non sit reddenda causa, id tamen in omnibus non rectè dicitur, nihil enim prohibet aliquorum necessariorum, & semper entium esse aliquam caussam; & confirmatur, quia certum est, quòd philosophus ibi loquatur de caussa in esse reali, nam quærit ab Emped: quare amicitia quandoq; agregabat, & lis quandoq; disgregabat, et quãdoq; quies erat: ergo sequitur, quòd aliqua æterna secundùm Aristotelem habeant causam efficientem. &c.

Quarta rō principalis. *Quartò; omne quod est per participationem, reducitur ad aliquod per se existens, quod uerè sit caussa effectiua illius, ut ignitũ ad ignem, sed entia omnia, præter Deum, habent esse per participationem, Deus autem per se: ergo omnia entia reducuntur ad Deũ, tanquam ad ueram caussam cunctorum entium effectricem. Maior clara. Minor uerò, quantum ad secundam partem patet, quoniam Deus est primum ens; quantùm autem ad secundam partem probatur sic; quoniam*

Arist. 2. de An. tex. 34. assignans caussam, quare res agant, dicit, ut summo bono participent: ergo entia omnia habent esse per participationem: Item 2. Cœli tex. 62. docet, quod illud dicitur esse nobilius, quod est propinquius primo enti; quod non esset uerum, si entia non participarent esse à primo ente, quod est à Deo; quùm nobilitas proueniat ab entitate rei; igitur &c.

Quinto, habens esse sine multitudine est caussa effectiua habentis esse cùm multitudine, sed Deus habet esse sine multitudine, cæteraa uerò entia cùm multitudine: ergo Deus &c. Maior probatur à Boetio in lib. de unitate, & uno, Platonis sententiam sequendo, etenim omnis multitudo ab unitate procedit tanquàm ab effectiuò principio. Minor uerò probatur, quia res omnes deficiunt à primo ente in nobilitate, & entitate: siquidem sunt entia minus perfecta, ut dictum est ab Arist. 12. Met. & 2. Cœli tex. citato, unde sequitur, quòd res omnes in suo esse includunt carentiam perfectionis ipsius entitatis, & esse po

Quinta rō principalis.

ſitiuum in tali gradu, qualem entis gradum habent, itaq; cuncta entia, præter Deum cõſtituuntur priuatiuo, & poſitiuo, & per conſequens eſſe eorum eſt cum multitudine: at Deus quùm omnẽ gradum entitatis habeat, fieri non poteſt, ut in ipſo aliqua priuatio reperiatur; itaq; eſſe Dei ſolum eſt poſitiuum: igitur &c. & hæc ratio eſt partim platonica, partim uerò peripatetica, et propter hoc, ut puto dixit Plato, quòd neceſſe eſt ante omnem multitudinem ponere unitatem, ut refert D. Thomas prima parte ſum. q. 44. art. 1. etc.

Plato.

D.Tho.

Sexta rõ principalis.

Sexto; Multa philoſophus demonſtrat de corpore cæleſti per cauſſam efficientem: igitur corpus cæleſte cauſſam habet effectiuam. Conſequentia probatur per Ariſt. 3. Met. tex. 3. ubi reddens rationem, quare Matematicus non demonſtret per cauſſam effectricem, dicit hoc contingere, quoniam matematica non habent cauſſam effectiuam &c. Antecedens uerò patet in 1. de Cælo tex. 20. ubi laudans naturam ait; quare recte uidetur natura, cœlum, quod futurum erat ingenerabile, & in-

corruptibile exemisse à contrariis &c. Ubi quero modum quo pacto natura.i.Deus exemit cœlum à contrariis, si ipsum effectiuè nō dependet à Deo, procul dubio nullum excogitari potest, ne dicam imaginari. Item in textu sequenti uolens probare cœlum esse inaugumentabile accipit pro medio, quòd cælum non sit factum ex materia ex qua; inquiens; Huic aut non est ex quo factum est: ergo secundum Arist. corpus cœleste productum est ex nihilo: patet consequentia, quoniam in præcedenti tex. habetur quòd cœlum sit factum, & in præsenti, quòd idem non sit productum ex aliquo subiecto, sed omne id fit ex nihilo: igitur &c. Præterea, si corpus cœleste per te non est factum, tunc quero, cur potius philosophus dicat, quòd cælum non sit factum ex subiecto, quàm quòd non sit factum, simpliciter loquendo, quùm magnus magister nihil unquā absq; forti ratione dixerit &c. Item, in tex. 32. eiusdem lib. ubi philosophus uolens probare, quòd motus cæli non habeat alium motum sibi contrarium, accipit pro medio, quòd Deus,

& natura nihil frustra faciunt, in quo loco no-
D. Thomas. *tat D. Thomas, quod ratio Arist. fundare-*
tur super unum falsum fundamentum, si non
ponatur, Deum esse caußam effectiuam cœli,
Simplicius. *et simp. in eodem loco ait; & apponatur, quod*
putantibus Arist. non dicere Deum eßе cauſ-
ſam cœli effectiuam, oportebat & dictum
hoc non relinquere &c. Eodem medio usus
est Arist. 2. Coeli tex. 50. ubi determinat, cur
stellæ nullum habeant organum, unde scribit;
Ad hæc irrationabile est nullum organum ip-
sis tribuisse naturam ad motum: nihil enim
ut contingit natura facit, neq; curam quidem
animalium habuisse, quæ autem tam prætiosa
sunt despexisse, sed uidetur tanquàm ex indu-
stria abstulisse omnia, per quae contingebat
progredi per se ipsa, et quàm plurimum se mo-
uisse ab iis, quæ organa ad motum habent
&c. Idem quoq; medium accepit Arist. in
tex. 59. eiusdem lib. ad ostendendum, quòd
figura astrorum sit spherica, inquiens; figuram
autem uniuscuiusq; astrorum sphericam esse,
maximè utiq; quis rationabiliter existimabit,

quoniam

quoniam enim ostensum est, quod neq; natura sunt apta moueri per se ipsa; natura autem nihil absq; ratione, frustraq; facit; palam est, quod & figurã talem dedit immobilius, que minimè est motiua, minime autem motiua est sphærica, propterea quod nullum habet organum ad motum: Quare patet, quod sphærica utiq; erunt mole &c. Ex quibus locis arguitur etiam sic, si æterna non haberent caussam efficientem, tunc Deus non potuisset dare, neq; organa, neq; figuram circularem astris, neq; ualuisset Deus auffere organa, aut aliam figuram ab astris, si astra alia habuissent; sed quae sequuntur sunt contra Arist. locis citatis, igitur & antecedens. Consequentia deducitur, quoniam astra per te sunt aeterna: dare autem esse, & auferre proprium est caussae efficientis, ut supra dictum est: igitur &c.

Septimo, & ultimo; si vniuersum non haberet caussam efficientem, tunc omnia in caelo essent fortuita: sed consequens est contra Arist. 2. Ph. igitur, & antecedens. Conse- Septima & ultima rõ principalis.

quentia probatur, quoniam tunc nulla esset reddenda ratio, cur luna sit in primo coelo, sol uero in quarto, aut cur una pars coeli sit magis stellata, quàm alia, aut cur ordo pulchrior in corporibus coelestibus reperiatur, quàm in sublunaribus: igitur &c. Et confirmatur ista ratio per Arist. in eodem lib. tex. 44. & infra, ubi reprahendendo antiquos, qui uniuersum casu factum fuisse asserebant, nititur demonstrare, per hoc medium mundum effectiuè dependere à Deo; vnde inquit sunt autem quidam, qui & coeli huius, & mundanorum omnium caussam esse ponunt casum; à casu enim fieri dicunt reuolutionem, & motum, qui discreuit, & constituit in hũc ordinem vniuersum; Et ualde hoc ipsum admiratione dignum est, quòd dicant ipsa quidem animalia, ac plantas, à fortuna nec esse, nec fieri, sed aut naturam, aut intellectum, aut quippiam tale aliud esse caussam; non .n. quoduis ex semine unoquoq; fit, sed ex tali quidem olea, ex tali autem homo: Cœlum autem, & diuiniora sensibilium, à casu fieri;

Prima Confirmatio.

talem autem caussam nullam esse, qualem animalium, et plantarum. Atquì si sic se habeat, hoc ipsum dignum est consideratione, & bene se habet dici aliquid de hoc ipso: nam præter quàm quod, & alioquin absurdum est, quod dicitur adhuc absurdius est dicere hæc, quùm uideant in cœlo nihil à casu factum: in iis aũt, quæ non à fortuna, multa contingere à fortuna: attamen par erat contrarium fieri &c. Secundùm quam etiam intentionem scribit Arist. in 1. de Part. animalium cap. 1. dicens; ut enim ars in arteficiosis, ita in rebus ipsis aliquod eße principiũ aliud, & talis caussa uidetur, quam ex uniuerso, perinde ut caloris frigorisq; primordia habemus. Quamobrem ucrisimilius dixerim, cœlum factum esse ab huiusmodi caussa, si factum est, & magis esse ob eam caußam, quàm animalia caduca, atq; mortalia; ordo enim, & ratus certusq; status longe magis in rebus patet cælestibus, quàm in nobis; incerta autem inconstans, & fortuita conditio, in genere mortali potius est, at illi genus animalium, quodq; natura con-

stare, extitisseq; censent: cœlum autem forte, sponteq; tale constitisse uolunt, in quo nihil fortuna, nihil temeritatis, deprahendi uolũt. etc. Item philosophus in 1. Met. sum. 2. cap. 2. laudans illos, qui dicebant mundum à Deo fuisse productum, ait; Post hos autem, et huiusmodi principia, tanquàm non sufficientia, ut entium naturam generent, rursus ab ipsa ueritate, ut diximus, coacti, illud quod sequitur quæsiuerunt principium, ut enim entia bene se partim habeant, partim fiant, nec ignem fortassis, nec terram, nec aliud uuiuscemodi quicquam, uerisimile est, caußam eße, nec illos uerisimile est arbitrari, nec rursus casui, & fortunæ tantã attribuere rem probè se habet: Quare qui, ut animalibus, ita in natura intellectum in esse causam mundi, totiusq; ordinis dixerat, quasi sobrius comparatus ad antiquiores uana dicentes, apparuit; istas autem rationes, qui palàm attigit, Anaxagorã fuisse scimus: attamen Hermotimus Glazomenius dicitur causam prius dixise: qui igitur id arbitrati sunt principium entium po-

fuerũt, simul tàm caussam ipsius benè quàm illam, unde motus entibus inest, & quæ sequũtur &c. Item confirmatur ratio principalis, quoniam Arist. 12. Met. dicit, quòd totum uniuersum sit ordinatũ ad Deum, tanquàm in finem; & tunc quæritur, iste ordo prout attenditur ex parte rerum, uel est accidens separabile, uel accidens inseparabile, seu proprietas rerum à sufficienti diuisione, quùm substantia esse non possit. Primum quidem impossibile esse ostenditur dupliciter, & primo; principale bonum uniuersi consistit in tali ordine; ergo iste ordo non est accidens separabile. Antecedens patet per Arist. loco citato tex. 52. Consequentia uerò deducitur, quoniam inconueniens ualde esset ponere, quòd principale bonum rei consisteret, uel sibi conueniret secundum aliquod accidens separabile &c. Secundò; si iste ordo esset accidens separabile. tunc res possent consistere sine tali ordine; sed consequens est falsum: igitur, & illud, ex quo sequitur. Consequentia deducitur, quoniam accidens separabile est illud quod adest,

Tertia Confirmatio.

& abest præter subiecti corruptionem; sicuti definitur à Porphirio in lib. Prædicabilium cap. de Accidenti: falsitas uerò consequentis probatur sic; si iste ordo non esset in rebus, tũc entia abirent in nihilum: igitur res sine tali ordine esse nequeunt. Consequentia clara; Antecedens uerò probatur, quoniam entia fierẽt nihil, ni conseruarentur à Deo, sed Deus nõ potest res conseruare nisi ipsæ essent ad ipsum ordinatæ: igitur res sine tali ordine abirent in nihilum. Maior patet per ea, quæ superius dicta sunt. Minor uerò probatur, quoniam aliter implicaret contradictionem &c. Si uerò dixeris, quod iste ordo sit proprietas rerum, tunc aut talis ordo erit ex quadam necessitate naturæ, nullo agente per se hunc ordinem intendente, aut ex aliquo agente superiore ipsum intendente, per se in rebus constituente, & caussante: si primo modo, tunc talis ordo esset in rebus à casu, quia effectus non intentus ab aliquo agente, fit à casu, ut dicitur 2. Ph. & sic non minori nota esset Arist. reprahendendus; ac ipse redarguit antiquos

ut supra &c. Si uerò dicatur secundo modo, tunc iste ordo, quùm sit quaddam proprietas rerum, seu quoddam consequens esse rerum, manifestum foret, quòd esse entium à Deo produceretur, si talis ordo actioni diuinæ subiiceretur, quia regula est; quod dans esse dat consequens esse, & è conuerso, &c. Item, si causa huius ordinis, quæ dicitur esse Deus, non foret caussa rerum, tunc aliquo tempore res non fuissent ordinatæ ad Deum; sed consequẽs est falsum: igitur & illud, ex quo sequitur. Consequentia probatur, quoniam tunc esse rerum præcederet istum ordinem: etenim tunc entia haberent, esse à se; sed semper prius est in subiecto, illud, quod à se habet, quam illud, quod ab alio recipit, ut dictum est supra: igitur &c. Et tu fortasse dices, quod esse rerum præcedit istum ordinem prioritate naturae, non autem temporis. Contrà; quia iste ordo est quaedam habitudo ad Deum, et per consequens quaedam relatio inter entia, & Deũ; relatio autem non potest introduci inter aliqua, nisi praecedat motus 8. Ph. tex. 9. om-

Tertia Confirmatio.

Responsio.

Impugnatio.

nis uerò motus est in tempore, sicuti dicitur, in tex. 15. eiusdem lib. ergo si esse rerum prae cedit istum ordinem, tunc inter esse earum, & introductionem istius ordinis in ipsis rebus praecessit tempus, et sic aliquo tempore res non erant ordinate ad Deum &c. Item, si esse rerum per te antecederet hunc ordinem prio ritate natura, tunc res in isto natura priori fuissent nihil, & aliquid, sed consequens est falsum, quoniam implicat contradictionem: igitur, & antecedens: Quod autem entia fuis sent aliquid probatur, quoniam aliter esse re- rum prioritate naturae non praecederet hunc ordinem; quod uerò fuisent nihil, patet, quia res in illo priori à Deo nequeunt conseruari, etenim tunc ipsae non sunt ordinatae ad Deũ; sed entia esent nihil, si non conseruarentur à Deo, ut supra dictum est: igitur &c. Et hae septem rationes pro ueritate sufficiant, & sint quasi septem sygilla hoc septeno numero perfe ctissimo numerata &c.

Quarta Confirmatio.

Responsio ad rõnes

Quantum autem ad quartam principa- lem partem pertinet, soluendae sunt rationes

aduersa.

aduersariorum secundùm ordinem proposita: Itaq; ad primum argumentum primæ opinionis respondetur duobus modis: primo negando antecedens, & ad probationem dico, quòd inductio est falsa, quoniam datur exemplum, in quo non æquiualet; vt quùm dicitur ex mane fit meridies, aut ex uespera nox, & tamen nec mane fit meridies, nec uespera nox. Secundò, antecedente concesso respondetur, quòd non implicat contradictionem nihil aliquid fieri: Et ad probationem dico, quòd distinctio est insufficiens, & dari potest tertium membrum, quoniam intelligi potest non solum formaliter, & subiectiuè, sed etiam ordinatè, seu ordinabiliter, ut sensus sit, quòd ex nihilo, hoc est post nihilum fit aliquid, sicuti patet in exẽplis supra assignatis. aduersariorum. ad pri. Primæ opinionis.

Ad secundum respondetur, quòd concesso casu, tunc lapis non esset neq; in potentia passiua, neq; in actu, sed tantùm in potentia actiua creatoris, quia res primo prioritate naturæ fundantur in potentia actiua Dei, quòd est, creatoris, sicut dictum in corpore primæ nostrae rationis &c. Ad secundam.

Ad primã secundæ opinionis. *Ad primum autem argumentum secundae opinionis dico, quòd illud principium philosophorum solum habet ueritatem in actione naturali, non autem de metaphisicali, de cuius genere est ipsa creatio, vnde Arist. seipsum quasi exponens, ait, loco citato per aduersarium; Ex nihilo nihil fieri esse naturalium decretum, & per consequens non metaphisici.*

Ad secũdam. *Ad secundum uerò dicendum, quòd Arist. in 8. Ph. adhuc non est bene intellectus, ut infra clarissimè patebit.*

Ad tertiam. *Ad tertium autem negatur antecedens; & ad probationem dico, quòd ex opposito aliquid fit per accidens, sicuti ex subiecto; sed per se fit ex illo, sicut ex termino, et sensus est, quòd oppositum fit ex opposito; idest post oppositum; ut ex mane fit meridies, idest post mane fit meridies etc.*

Ad rõnẽ tertiæ opinionis. *Ad tertiam autem opinionem dico, quod suum fundamentum sit falsum, quia rationes, quas nos adduximus pro ueritate sunt demonstratiuae, aut saltem maior pars ipsarum: ratio uerò, quam adducit nullius est momenti, quoniam licet ex sensibilibus oriatur omnis*

nostra cognitio, non tamen omnis terminatur in eis, quare dicendum, quòd sicut sufficienter ex sensibilibus ad insensibilia, immaterialiaq; concipienda, ac statuenda deducimus, ita & ad creationem, productionemue ex nihilo concedendam necessitamur, nec ualet: Quæcunq; ex insensibilibus fiunt ex aliquo, et non ex nihilo fiunt: ergo ad creationem ex sensibilibus deduci non possumus; sicut nec ualet, sensibilia omnia sunt cùm materia: ergo ex illis ad intelligibilia, quæ sunt sine materia erigi non ualemus &c.

Ad opinionem uerò Alexandri dicendum, quòd mundum non esse plurificatum sit repugnantia ex parte mundi, & ex parte actionis diuinæ agendi secundùm congruentiam, non autem secundùm naturam, nec ex parte potentiæ ipsius Dei, quoniam eius potentia est uigore infinita, ut dictum est supra &c. Sed quamuis, dato, & non concesso, quòd nulla ex parte ad sit repugnantia, rationes tamen Alex. nullius sunt ualoris. Ad primum autē argumentum respondeo, negando consequen-

Ad rõnes Alex:

Ad primam.

tiam, sicut respondet Simp. & D. Thomas locis citatis: quùm ergo dicebatur: quòd quā to aliquid est nobilius &c. Dicendum, quòd si Deus produceret alios mundos, aut faceret eos similes huic mundo, aut dissimiles. si omnino similes esset frustra, quod non compe tit sapientiae ipsius: Sin autem dissimiles, nullus eorum compraehenderet in se omnem naturam corporis sensibilis, & ita nullus eorum eßet perfectus, sed ex omnibus constitueretur unus mundus perfectus &c. Quùm uerò addebatur, quòd potentia diuina quùm sit infinita non determinetur ad istum solum mundum &c. Dicas, quòd maioris uirtutis est facere unū perfectum, quàm multa imperfecta: singula autem indiuidua rerum naturalium, quae sunt hic, sunt imperfecta, quia nullum eorum compraehendit in se totum, quod pertinet ad suam spetiem: sed mundus hoc modo perfectus est, unde ex hoc ipso eius speties magis uirtuosa ostenditur &c. Quando autem ultimo loco dicebatur, quod melius est multiplicare optima, quàm eà quae sunt

minus bona &c. Respondeo, quòd hoc ipsum pertinet ad bonitatem mundi, quod sit unus, quia unum habet rationem boni: videmus enim, quòd per diuisionem aliqua decidunt à propria bonitate; unde non possunt esse optima, nisi uno compraehendantur, quia omnium optimum, unum est bonum &c. Ad secundum uerò, praetermissa responsione simp. Dicendum, quòd Deus uoluit res perficere inquantum fuit possibile, unde scriptura dicit: Omnia fecisti domine in pondere, numero, & mensura &c. perfectio aũt rerũ consistit, tùm in actu primo, tùm in actu secundo (actus autem primus est forma, secundus uerò est operatio, seu forma operans, ut dicitur initio 2. de An.); Quùm igitur entia sublunaria non posint operare, seu suum producere effectum nisi per motum, aut per generationem: propterea introducta est generatio in rebus, & quia generatio necessario requirit corruptionem, quoniam generatio unius est corruptio alterius, ut dicitur in 1. de Gen. eapropter introducta fuit corruptio in istis entibus:

Quare tantùm abest, ut Deus inuidia notã sit adeptus, faciendo in rebus corruptionem, ut si eam ab entibus abstulisset, inuidia maxima foret affectus, quùm ipse tunc res non perfecißet, quumq; tunc non tribuisset potentiam entibus producendi effectum sibi simile, ut sibi posSint assimilari, ut dicitur 2. de An. tex. 34. Vnde Aristot. 2. de Gen. tex. 59. dicit, quòd Deus perfecit ista entia continuam faciens generationem. &c.

Ad secũdam. Ad primã confirmationem pro opinione Alex: *Ad primam autem confirmationem pro Alexandri opinione, quùm dicebatur; Mundus quantum ad suam eßentiam &c. Dicendum, quòd Deus non est caussa effectiuã uniuersi, inquantum est mouens, quia non fecit mundum per motum, sed per creationem &c.*

Ad secũdam. *Ad secundam, quùm dicebatur: si Deus eßet caussa efficiens &c. Respondetur, negando cõsequentiam, & ad probationem dico, quod Arist. ibi docet, quòd caussa efficiens potest esse tempore prior suo effectu, non autem, quòd eodem tempore nequeat esse cum suo effectu: siquidem lux efficitur à sole, et tamen est eodem*

tempore cùm sole. &c. Ad tertiam, quùm dicitur, omne ingenitum est increatum &c. Negatur maior, & ad probationem dico, quòd ly ingenitum apud Arist. quãdoq́; dicit creatum, quandoq́; increatum & quandoq; neutrum, ut patet primo cœli tex. iii. & infra, unde secundum eum ingenitum, & increatum non sunt termini conuertibiles: Pro quare scias, quòd Arist in latino idiomate, pro nomine creatura, utitur ente ingenito: Vnde nota, quod iste terminus creatio, potius dici debet ingenerabilitas, quæ accipit esse post non esse sine corruptione, & generatione iuxta illud Arist. 1. Cœli tex. citato, ubi dicit esse aliquid ingenerabile, quod prius non erat, & nunc est sine generatione, & corruptione, ex quo sequitur, quòd creabile apud philosophum uocetur ingenerabile, & hoc totum perbellè colligitur à Simp. 1. Cœli super tex. 29. &c. Ad quartam diceret Aristot: quod quocunque modo Deus ageret, non posset res perfectiores creare; quoniam entia alio modo disponi non compatiuntur; & hoc quidem prouenire ex parte

Ad tertiam.

Simplicius.

Adquartam.

rerum; non autem ex defectu uirtutis diuinæ. Et deinde si uera esset ratio; tunc libera agendi uolũtas in Deo foret caußa imperfectionis in effectibus ab ipsa producendis, quod est absurdum; igitur. &c.

Ad quĩtam. *Ad quintam dicendum quod ratio concludit oppositum; pro quare est*

Primũ notabile. *primo notandum quod condictiones principiorum tres sunt; prima est, principia non fieri ex aliis; secunda; omnia fieri ex ipsis, quæ ambe ponuntur ab Arist. 2. meth: tex. 4. cum dicitur nullam caussam esse principiis, ut sint, sed ipsa sunt ceterorum causa &c. Tertia autem condictio est; principia non fieri ex alterutris, et hanc habemus ab Arist: . 1. ph. tex. 43. ubi hasce tres condictiones principiorum enumerat.*

Secundum. *Secundo Animaduerte, quod principia in essendo sunt in dupplici gradu; Aliud .n. est absolutum; Aliud uero est in genere; Absolutum autem uoco, quod omnium rerum cuiuscunq; generis dicitur esse principium: ea propter hoc uocatur principium principiorum, & hoc solum est Deus, quoniã ipse est principium omnium entium, ut supra et c.*

Princi-

Principium uerò in genere adhuc duplex est; Aliud namq; est principium simplicium; & aliud compositorum: Simplicium dico principium esse eorum, quæ simplicem denotant naturam, & formalitatem, ut primum calidum dicitur esse principium calidorum; quia calida omnia (inquantum calida) seclusa omni materia, simplicem, designat naturam, & formalitatem: Item materia (remotis forma, & priuatione) simplex existit principium materierum: similiter priuatio priuationum, seclusa materia; et eadem amota, forma materialis formarum materialium est principium, & sic de singulis: Compositorum autem principia sunt principia rerum naturalium, & per res naturales intelligo ipsum compositũ, cuius principia sunt materia, forma, & priuatio, ut dicitur primo Phisic. &c. Itaq; materia in quantum est principium materierum, dicitur esse principium simplicium, respectu uerò compositi, est principium compositorum, & idem quoq; dico de priuatione, & forma, nec inconuenit idem esse principium simplicium,

Tertia.

& compositorum; sub diuersis tamen rationibus.

Tertiũ. *Tertiò nota, quòd in genere compositorũ, plura sint principia, in unoquoq; autem genere simpliciuum unicum tantum; et ratio diuersitatis est; quia cõpositum constituitur ex pluribus naturis simplicibus, & diuersis, in fieri, & in facto esse; ut puta forma, materia, & priuatione: diuersæ autem naturæ simplices diuersa habent principia, & unumquodq; simplex unicam, & simplicem retinet naturam, & per consequens unicum principium &c. Vnde sequitur, quòd tertia conditio principiorum, quæ ponitur ab Arist. primo Ph. loco citato; principia. s. non fieri ex alterutris; competit solùm principiis compositorum, non autẽ aliis: eapropter de ea meminit Arist. in 1. Ph. quia ibi de huiusmodi principiis solum loquebatur; ac proinde quoq; 2. Met. tex. citato eãdem reticuit; etenim ibi sermo erat de omnibus principiis, & ideo communes principiorum conditiones in medium attulit, ratio uerò huiusce rei, illa, iuditio meo, esse uidetur;*

quia sicuti non contingit lapidem esse risibilē, quoniam non accidit esse ratione capax: quia risibile ponitur per rationabilitatem; sic quoq; non euenit principia simplicium fieri ex alterutris: quia in simplicium genere unicum est principium, non autem plura, ut supra patuit: modo prædicta conditio ponitur, dato, quòd plura sint principia in illo genere, &c. Et hoc idem dico de principio principiorum; quia unicum est, ut diximus &c.

Quarto nota, quod prædicta principia se habent tanquàm in linea prædicamentali: etenim principium principiorum est genus generalissimum supra quod non est aliud superueniens genus: Principia uero in genere simplicium, sunt species, & genera subalterna: principia autem in genere compositorum sunt species spetialissima. etc. Quartum.

Ex his, quæ dicta sunt colligitur contra omnes, intentio Arist. in 2. Met. tex. citato, quum dicit, quod principia, loquendo in numero plurali, non habent caussam, ut sint, sed ipsa sunt cæteris caussa, quasi uelit Arist. Corollarium.

dicere, quod principia non habent caussam in eo genere, in quo dicuntur esse principia, respectu eorum, quæ sunt in illo genere, non autem dicit, quod plura reperiantur entia, quæ simpliciter caussam non habent, ut uolunt aduersarii: hoc.n. differt multũ ab illo, et hoc quod dicimus est, ac si dicatur, materia prima non habet caussam in genere materiae, sed ipsa est caussa omnium materierum: similiter ignis non habet caussam in genere calidorum, sed ipsa est causa cuiuscunq; calidi; & sic Deus quum sit principium omnium entium, non habebit caussam in genere entis, sed ipse erit caussa uniuscuiusq; entis: Quòd autem hoc totum sit de intentione philosophi patet, quoniã istud Aristotelis dictum est conclusio, seu corollarium illatum ex superiori parte textus, prius autem dixerat, quòd primum in omni genere sit maxime tale, & caussa omnium, quæ sunt in illo genere, sed Deus est primum in genere entis: ergo est maxime tale, & caussa cunctorum entium; modo si philosophus per te diceret deinde, quòd plura sint entia, quæ caussam

non habent, tunc expresſè ſibi contradiceret: Igitur etc.

Ad id uerò, quod ſecundo loco pro confirmatione addebatur, dicendum quòd tertia cõditio principiorum, principia .s. non fieri ex alterutris, non competat omnibus principiis inter ſe, ſed ſolùm principiis compoſitorum inter ſe ad inuicem, non autem reſpectu primi principii, ut colligitur ex ſuperioribus.

Ad ſextam.

Ad ſextam reſpondeo, quòd ph. per ly mobilia intelligit ibi mathematica, non autem entia realia, iuxta Au , & Alberti magni ſententiam &c. Ad confirmationem uerò dicendum, quòd ſicuti cauſſa creans quandoq; uocatur ab Ariſt. cauſſa unde motus, ut infrà patebit, ita quoq; creatio ab ipſo quandoq; appellatur actio, ſeu actus cum motu, licet impropriè, ut facit loco citato per aduerſarium, quod quidem uerum eſſe probatur ex eodem cont. quando philoſophus inquit: finis autẽ, & cuius cauſſa actus cuiuſdam eſt finis; ſed actus omnes cum motu fiunt &c. Ex quibus uerbis arguitur ſic; Cauſſa finalis per Ariſt.

Qđ actio cũ motu uocetur creatio qñq; apud Ariſt.

est semper finis cuiusdam actus: ergo ubi est caussa finalis, ibi etiam causa efficiens secundum eum reperitur: ergo Deus causa finalis existens uniuersi per te de sententia philosophi erit quoq; secundum Arist: causa eiusdem effectiua: ergo ipse per ly (actus omnes) seu actiones, fieri cum motu, intelligit etiam creationem: Secunda sequela est clara, reliquæ uerò probantur: prima quidem, quoniam ibi reperitur finis, ubi actus, & ibi actus, ubi motus, ut dicitur in text. et ubi motus, ibi causa efficiens: ergo à primo ad ultimum, ibi est causa finalis, ubi effectiua; Tertia uerò; quoniam Deus aliter quàm per creationem mundum producere non potuit &c. Tantùm ergo abest, ut ex hoc contextu colligatur, quòd Arist. creationem negauerit, ut opposito concesso expressè ei in eodem loco contradicamus. &c.

Ad septimam.

Ad septimam dicendum, quòd Philosophus ibi excludat productionem cœli per modum generationis, & corruptionis; non autem per modum creationis, cuius rei signum est;

quia ibi reiicit opinionem de cœli efficientia, inquantùm solùm originem sumit ex corruptione, & generatione, seu mutatione terrae. &c.

Ad octauam quùm dicitur, quòd philosophus .s. Met. non fecerit mentionē de creatione &c. Respondeo, quod ibi declarantur quædam generalia, de quo genere non est creatio, sicuti multa alia dicuntur esse, ut sunt generatio, & corruptio, & similia &c. Ad Octauam.

Ad nonam quùm dicitur; si creatio esset ex nihilo &c. Dicendum, quòd priuatio propriè dicta, de qua loquitur Arist. 1. Ph. aliud nihil est, nisi negatio formæ cùm aptitudine subiecti ad illam formam suscipiendam, ut communiter dicitur: Vnde quùm creationis actus subiectum non supponat, impossibile erit, ut id quod creatur fiat ex priuatione &c. Ad Nonam.

Ad decimam, quùm dicitur; si daretur creatio &c. negò consequentiam, & ad probationem dico, quòd corpus fieri ex non corpore potest dupliciter intelligi; uno pacto, per modum generationis; alio uero per modum crea- Ad decimam.

tionis: ille quidem patet per Arist. loco per aduersarium citato; hic uero est communiter concessus, si primo modo corpus fieret ex non corpore, tunc necessario daretur uacuum; si uero secundo modo dicatur, tunc non sequitur de necessitate uacuum reperiri; & ratio diuersitatis est; quia in creatione non necesse est supponere locum, unde si corpus crearetur, simul esset creatio loci eiusdem corporis &c. In generatione uero res dissimiliter se habet; quoniam in ea necessario præsupponitur locus, quum motus omnes sint in loco, ut dicitur in 5. Ph. & confirmatur hoc; quia fundamentum, propter quod consequitur, dari uacuum si corpus fieret ex non corpore, est; quoniam omne, quod fit per generationem de necessitate est in aliquo loco, ut patet per Arist. 3. Cæli loco per aduersarium adducto, nec non tex. 29. eiusdem lib. sed istud fundamentum in creatione non habet locum, ut diximus: ergo neq; ratio ex eodẽ sumpta militat contra creationem: Ex quibus omnibus colligitur; nullo pacto de sententia Arist. vniuersum fuisse pro

Corollarium.

ductum per generationem, seu per motum, sed per creationem; quemadmodum Sacro Santa Romana Ecclesia confitetur; quoniam aliter uacuum fuisset in natura, quo quidem medio ad idem probandum usus est Arist: 3. Cæli tex. 29. quùm dicit, impossibile enim uniuersi corporis esse generationem, si non, & uacuum esse aliquod separatum possibile sit; et quæ sequuntur. Ad illud uerò, quod addebatur, quòd habens esse in materia fieret ex nõ materia, & quòd non liceret ex unitate materiæ inferre unitatem mundi, &c. Pro solutione notandum est primò, quòd pluralitates effectuũ in natura proueniũt, uel ex parte materiæ, uel ex parte ipsorum effectuum, qui unũ numero esse non compatiuntur, uel ex parte agentis, uel ex omnibus istis tribus simul: Secundò scias, quòd ad phisicum pertineat ostendere unitatem mundi, prout quæstio ipsa attenditur ex parte ipsius mundi, & eius materiæ; quoniam consideratio materiæ, & rerum materialium phisica est: Eapropter Arist. in 1. de Cælo tex. 79. demonstrat non posse esse

Primũ notabile.

Secũdũ.

mundum plurificatum, prout plurificatio cō tingere potest ex parte ipsius mundi; quoniam inquit si mundi essent plures, tunc pars terræ unius mundi, ferreretur ad locum terræ alterius mūdi, quod est impossibile, &c. hoc idem etiam facit philosophus in tex. 95. eiusdē libri, prout quæstio de mundi plurificatione attenditur ex parte ipsius materiæ: eapropter ibi ex unitate materiæ infert mūdi unitatem: prout autem eadem quæstio, se tenet ex parte agentis, non spectat ad phisicum de hac re agere; sed ad ipsum metaphisicum; quoniā agens uniuersi est Deus, de quo non se intromittit philosophus naturalis, ut patet primo ph. circa finem, sed solùm de ipso sermonem habet metaphisicus: eapropter prædicta quaestio, hoc modo considerata, soluitur ab Arist. 12. Met. tex. 49. vbi ex unitate motoris infert mundi unitatem; vnde colligitur, quòd demonstrare mundum nō posse plurificari per creationem, munus sit ipsius metaphisici, non autem ph. naturalis; quoniam dicere mundum per creationem esse plurificabile, aliud nihil est, nisi asere

Primū Corollarium.

re; agens primum plures mundos efficere posse &c. Sed prout praedicta quaestio se tenet, tùm ex parte agentis, tùm ex parte ipsius mũdi, seu effectus, & materiae simul, nec metaphisici munus est de ipsa agere, nec phisici: quia haec quaestio hoc modo considerata cõponitur partim ex entibus naturalibus, partim ex entibus metaphisicalibus; modo phisica non considerãtur à metaphisico, nec metaphisica à phisico: Igitur &c. Vnde si quis quaerat, ubi Arist. determinarit hanc quaestionẽ secundùm se totam, respondeo, quòd nec in metaphisica, nec in naturali scientia est quaestio praedicta totaliter soluta; sed partim in metaphisica, partim uerò in phisica: quapropter, qui uult perfectam huiusce problematis solutionem habere, debet, ea, quae dicta sunt ab Arist. circa hanc difficultatem in phisicis, cùm his quae dicta sunt in metaphisica, circa eandem rem, coniungere: Vnde colligo caussam erroris multorum, qui in solutione supradictae quaestionis in multis ausi sunt philosophum repraehendere; aut .n. dicunt Arist. as

Secundum.

ferere, Deum non esse uirtutis infinitae intensiuè, aut similia absurda, quæ penitus à mente philosophi sunt aliena: Itaq; primùm non possum non demirari mirum Arist. artifitiū, quùm ea, quæ sunt metaphisici reliquerit metaphisico, quæ uerò phisici sunt, phisico demandarit: Secundò non possum non accusare omnes eius interpretes; quùm nullus ipsorum hanc Arist. artem, & ordinem animaduerterit. His autem sic prænotatis, nunc respondeo ad punctum difficultatis, et dico, quòd hic Arist. supponat fuisse in metaphisica probatum, mundum .s. per creationem plurificari non posse, & hoc idem ostendere non esse munus philosophi naturalis; quoniam hoc ipsum demonstrare ad metaphisicum spectat, ut patet per secundum notabile, quo quidem supposito, in hoc tex. per aduersarium superius citato, sub intellecto, tunc necessario erit confitendum, quod philosophus naturalis benè ex unitate materiæ inferat mūdi unitatem &c. Sed hæc responsio clarius patebit in libro de animæ creatione, ubi processum Arist. in 12. Met.

tex. 49. diligentissimè considerabitur: pro nunc autem hæc tibi sufficiant. quando uerò ultimò loco addebatur; quòd non omne quod perduceretur &c. Dicendum, quòd licet omne, quod fit actione naturali uerè fiat de cõtrario in contrarium; attamen hoc ipsum non est uerum in actione metaphisicali, de cuius genere est creatio, modo Arist. in 1. Ph. loquutus est de actione naturali tantùm, non autem de metaphisicali &c.

Ad undecimam respondeo, quòd ph. ibi solùm agit de actione naturali, uti nũc diximus, unde quamuis res naturales aliter quàm per actionem naturalem fieri possint, ut puta per creationem, nihilo secius naturali actione produci nequeunt, nisi adsit subiectum, seu caussa materialis: Eapp Arist. in 1. Ph. rectè demonstrat in actione naturali dari subiectum, et materiã primã esse principium rerũ nãliũ: Ad illud uerò, q de ingenerabilitate materiæ addebatur; Respondeo, quòd error est in equiuocatione: quia ly (ingenitum) apud Arist. quandoq; dicit creatũ, iuxta illud ph. dictum Ad undecimã.

1. Cæli tex. iii. ubi distinguēs significata ipsius ingenerabilis, dicit, esse aliquod ingenerabile, ꝙ prius non erat, et nunc est, sine generatione, & corruptione, & hoc ē̄t perbellè colligitur à Simp. 1. Cæli tex. com. 23. quadere quando ph. appellat materiā esse ingenitam, accipit, ly (ingenitum) pro ut distinguitur contra generabile; non autem contra creabile: Ad rationem uerò de materiae æternitate patebit respō sio, per ea, quæ dicentur, circa processum Arist. in 8. ph. Circa quòd uariae extiterunt sententiae, & pro clariori huius loci resolutione; duo faciam: primo ponam aliorum responsiones, quas omnes falsas esse demonstrabo, secū do, ueram Arist. mentem enitar manifestare.

Responsio auicenne.

Circa primùm; fuit prima responsio quorundam, qui dexerunt, quòd processus Arist. fundatur super hoc, uidelicet; quoniā omne quod fit de nouo producitur per motū, & sic dicūt, quod licet Arist. concedat creationem ab æterno, nihilominus creationem ponere de nouo ei displicet; & huius opinionis Auic. in sua metaphisica primus extitisse uidetur: sed præter

Impugnatio.

ea, quae in lib. de animae creatione contra praedictam responsionem dicentur; accedit, quoniam adhuc remanet ratio dubitãdi, cur creatio ab aeterno detur, & eadem de nouo sit impossibilis: quadere hũc respondendi modum fugam potius, quàm solutionem esse semper existimaui, etenim signum sermonis ueri ẽ tollere de medio omnes difficultates cõtingentes, ut scribit Auer. primo Ph. Diuus Thom. uerò prima parte summae q. 46. art. 1. alio pacto uisus est praedictae difficultati respondere, unde scribit loco citato inquiens; rationes Arist. quas inducit in 8. Ph. ad demonstrandam mundi aeternitatem non esse demonstratiuas simpliciter; iuxta philosophi sententiam, sed secundùm quid. s. ad contradicendum rationibus antiquorum, ponentium mundum incipere secũdùm quosdã modos in ueritate impossibiles, et hoc apparet ex trib. primo quidẽ; quia tàm in 8. ph. q̃ in 1. de Cœlo p̃mittit quasdam opiniones, ut Anaxag. Empedoclis, & Platonis, contra quos rationes cõtradictorias inducit: secundò; quia ubicunq; de hac mate-

Respon sio diui Thomae

ria loquitur, inducit testimonia antiquorum quod non est demonstratoris, sed probabiliter persuadētis, tertiò; quia expressè dicit in 1. lib. Top. quòd quædam sint problemata dialectica, de quibus rationes non habemus; ut utrum mundus sit æternus: hæc ille. Sed ista responsio, sit pace D. Thomæ dictum, à mente Arist. mirum in modum recedere uidetur; quoniam hic philosophus tenebatur adducere illas rationes pro motus æternitate demonstranda, quae saltem ab ipso demonstratiuae simpliciter iudicarentur: quia quaestio praedicta non est p accidens, sed ex intento hic mota ab Arist., & per consequens secundùm eius propriā sententiam decisa: Amplius rationes, quas D. Tho. pro sua opinione attulit, nullius sunt momenti: prima quidem, & secunda, quoniam mos est philosophi, quando qōnes difficillimas tractat; primò praemittere antiquorum opiniones, & deinde ueritatē determinare; idq; etiam aliorum testimonio confirmare; quod quidem fecit in 1. ph. & in 1. de Gen. & ferè ubicunq; est loquutus de principiis rerum na

tura=

turalium: idem quoq; egit in 12. Met. ubi quærit principia entis; idem etiam fecit in 1. de An. quum de animae essentia sermonem haberet; & huius methodi rō redditur ab Arist. loco citato tex. 19. ubi dicit; intendentes autē de anima, necesse est simul dubitantes de his, quibus abundare oportet, per transeuntes priorum opiniones, comprahendere, quicunq; aliquid de ipsa enuntiauerunt, ut bene quidem dicta accipiamus; si uerò aliquid non benè, hoc euitemus, &c. Ex quo quidem philosophi procedendi modo possumus contra prædictam opinionem hunc in modum arguere: Si ueræ essent rationes D. Thomae, tunc determinatio facta de numero principiorum entis, & rerum naturalium, ac de essentia animae, non esset conclusa per rationes demonstratiuas, aut saltem Arist. non putaret numerum principiorum entium, & rerum naturalium, & animae essentiam esse cognita per rōnes demonstratiuas; sed consequens manifestè est contra philosophū, igitur et illud ex quo sequitur. Consequentia patet, quoniam phi-

Tertia.

losophus quùm de his rebus sermonem habet, semper pramittit opiniones antiquorum, ac etiam eorum testimonio utitur, sicuti diximus; quo dato sequitur conclusio per dicta D. Thoma. Item sequeretur, quòd methodus pradicta non pertineret ad demonstratiuum, sed solùm spectaret ad ipsum topicum, quòd est falsum, uti locum illum Aristotelis considerantibus clarissimè patet: deducitur consequentia; quoniam per te ille modus procedendi pertinet ad probabiliter tantùm loquentes; sed hoc est munus artificis topici: igitur &c. Vltima autem ratio non ualet; quoniam ibi Philosophus loquutus est exemplificando; in exemplis autem non est quarenda ueritas &c. Tertia uerò, & ultima responsio fuit Heruei 2. quolib. q. 1. qui asserit, quòd processus Aristotelis in 8. ph. stat in hoc, quòd .s. impossibile sit dari primam mutationem, antequàm nulla alia, & per consequens motus est aeternus; quia ad hoc, ut inciperet motus de nouo, oporteret aliquam mutationem praecedere in mouente, uel in mobili; unde

Respon sio heruei.

etiam si aliqua creatio fieret de nouo secundùm eum, non posset hoc fieri sine aliqua mutatione facta de nouo in creante, per quam nunc crearet, & non prius; Itaq; secundùm ipsum, quod fit à tali agente per creationem non fit de nouo, sed ab aeterno, & necessario, sicuti si lumen esset subsistens, & emanaret à sole ab aeterno &c. Sed ista responsio, sit pace tanti uiri dictum, petit principium; quoniam non est dubium, quin Arist. inferat motum esse aeternum, ex eo quod impossibile sit dari primam mutationem, antequam nulla alia sit: sed tota difficultas in eo consistit, quonam. s. pacto posita creatione, ex hoc ipso motus aternitas inferatur, quod quidem ab Herueo nullo pacto declaratur: ergo sequitur, q̄d ipse in punto principali deficiat: Praterea ex eo, quòd oportet ante mutationem primam dari aliam priorem, non sequitur, quod si creatio fieret de nouo, necesse sit ponere mutationem in creante, per quā nunc crearet, & non prius, ut infra apparebit, ergo etc. His igitur omnibus, tanquàm falsis, & non ad mentem Ari

Impugnatio. prima ratio.

Secūda.

Vera responsio authoris.

losophus quùm de his rebus sermonem habet, semper præmittit opiniones antiquorum, ac etiam eorum testimonio utitur, sicuti diximus; quo dato sequitur conclusio per dicta D. Thomæ. Item sequeretur, quòd methodus prædicta non pertineret ad demonstratiuum, sed solùm spectaret ad ipsum topicum, quòd est falsum, uti locum illum Aristotelis considerantibus clarissimè patet: deducitur consequentia; quoniam per te ille modus procedendi pertinet ad probabiliter tantùm loquentes; sed hoc est munus artificis topici: igitur &c. Vltima autem ratio non ualet; quoniam ibi Philosophus loquutus est exemplificando; in exemplis autem non est quærenda ueritas &c. Tertia uerò, & ultima responsio fuit Heruei 2. quolib. q. 1. qui asserit, quòd processus Aristotelis in 8. ph. stat in hoc, quòd .s. impossibile sit dari primam mutationem, antequàm nulla alia, & per consequens motus est aeternus; quia ad hoc, ut inciperet motus de nouo, oporteret aliquam mutationem praecedere in mouente, uel in mobili; unde

Respon sio heruei.

etiam si aliqua creatio fieret de nouo secundùm eum, non posset hoc fieri sine aliqua mutatione facta de nouo in creante, per quam nunc crearet, & non prius; Itaq; secundùm ipsum, quod fit à tali agente per creationem non fit de nouo, sed ab aeterno, & necessario, sicuti si lumen esset subsistens, & emanaret à sole ab aeterno &c. Sed ista responsio, sit pace tanti uiri dictum, petit principium; quoniam non est dubium, quin Arist. inferat motum esse aeternum, ex eo quod impossibile sit dari primam mutationem, antequam nulla alia sit: sed tota difficultas in eo consistit, quonam. s. pacto posita creatione, ex hoc ipso motus æternitas inferatur, quod quidem ab Herueo nullo pacto declaratur: ergo sequitur, quod ipse in punto principali deficiat.: Præterea ex eo, quòd oportet ante mutationem primam dari aliam priorem, non sequitur, quod si creatio fieret de nouo, necesse sit ponere mutationem in creante, per quã nunc crearet, & non prius, ut infra apparebit, ergo etc. His igitur omnibus, tanquàm falsis, & non ad mentem Ari

Impugnatio. prima ratio.

Secũda.

Vera re sponsio authoris.

exclusis, cõsequẽs erit dicere, id, q̃d pro ueritate erit dicendũ: Pro qua re nota: q̃d ista ratio Arist. fundatur super hoc unum, quod .s. non possit introduci generatio in rebus absq; præcedenti corruptione, nec è contra; quoniam generatio unius est corruptio alterius, & è conuerso, ut scribit Arist. in 1. de Gen. quod quidem fundamentum æqualiter militat in rebus creatis, & non creatis; etenim differt nihil, siue res sint creatæ, siue non creatæ, quantùm ad naturam generationis, & corruptionis, & earum introductionem in ipsis entibus: quia generatio, et corruptio non diuersificantur per res creatas, & non creatas: hoc autem supposito, tunc philosophus explicitè arguit contra ponentes mũdum factum fuisse de nouo per generationem; implicitè uerò, per idem fundamentum, cõtra asserentes uniuersum de nouo fuisse productum per creationẽ, sicuti nos christiani secundùm ueritatem confitemur, ac inde etiam deducit motum esse æternum, & potest ratio textus, hunc in modum erigi: si motus incœpit, uel motor, & mobile sunt facta

Ratio textus.

de nouo, uel existunt perpetua: si primum dicatur, tunc, aut ipsa mobilia sunt producta de nouo per modum generationis, aut per modū creationis: si per generationem, tunc ante mutationem, quae accipitur, ut prima, erit alia mutatio prior, & motus secundùm quem factum est ipsum mobile, quod potest moueri, & motum esse, ut patet per suppositum, & sic sequeretur, quòd motus esset aeternus; si uerò ipsa mobilia fuerunt producta per creationem, tunc necessario daretur aliqua corruptio, quae non supponat praecedentem generationē, sed consequens est falsum, ut patet per suppositū: igitur et illud, ex quo sequitur: consequentia probatur; quia tunc in generatione, et corruptione non esset procedere in infinitum, & per consequens, tunc oporteret formam creatam esse primò corruptam sine praeexistenti generatione in ipsa. &c. In hoc Aris. discursò est primò animaduertendum, quod eius suppositum est falsum; quoniam, ut diximus equaliter militat in rebus creatis & non creatis, sed praedictum suppositum in rebus creatis non est ue

Primū notabile

rum;quoniam Deus potest producere aliquid per generationem,absq; quod in mutationibus procedatur in infinitum:quia corruptio potest esse sine p̄cedenti generatione,sicuti nos Christiani ponentes mundi creationem in instanti temporis,necessario cōfitemur: ergo sequitur, quòd idem fundamentum in rebus non creatis locum non habeat,unde colligitur, quòd p̄dicta Arist.ratio,non solum secundum ueritatem non concludat, uerum etiam nec cōtra antiquos teneat, licet hoc corollarium paradoxa uideatur:sed uiri doctissimi considerabunt; Secundò scias, quod ex hoc philosophi procedendi modo colligatur,quod ipse non neget creationem ,sed quod dicat,in rebus siue sint creata,siue non creatae,introduci de nouo motum,aut generationem,& corruptionē, implicare contradictionem , & esse contra naturam motus , generationis & corruptionis;ac inde etiam sequitur,quòd ipse non neget creationē de nouo,sed quòd uelit motum generationem, & corruptionem introduci in creato de nouo; eandem contradictionem im-

corollarium.

Secūdū notabile.

plicare; ac proinde non necesse est ponere mu tationem in creante, si creatio aliqua de nouo fiat &c. Quòd autem nostra expositio uadat ad aures philosophi, probatur dupliciter; et pri mò; quoniam ista ratio Arist. sumpta est ex natura motus, generationis, & corruptionis, ut patet considerantibus ipsam, & suppositũ Arist. in 8. Ph. tex. 4. modo difert nihil si ue res sint creatae, siue non creatae, quantùm ad motus introductionẽ in ipsis entibus: quia motus non diuersificatur pro res creatas & non creatas: ergo si per te philosophus docet esse contra naturam motus, ipsum introduci de nouo in rebus non creatis; consequens erit dicere secundùm eum, idem etiam in rebus creatis introduci de nouo implicare contradictionem, & esse contra naturam motus: igitur &c. Secundo Arist. in 1. de Gen. tex. 17. ex eo quod natura generationis, & corruptionis est, ut generatio unius sit corruptio alterius, et è conuerso, demõstrat transmutationem, generationem, & corruptionem esse incessabiles, et aternas: ergo secun

Qđ p̄dicta expositio sit uera. Prima ratio.

Secũda.

dùm eum in creato de nouo, introduci generationem, & corruptionem est contra ipsarum naturam: Consequentia probatur, quoniam generatio, & corruptio non diuersificantur per res creatas, et non creatas, ut dictum est, unde si per te Arist. uelit, loco citato, generationem, & corruptionem introduci de nouo in rebus non creatis dicere repugnantiam, necessario erit confitendum secundum eum, idem etiam in rebus de nouo creatis implicare etc. Et ex hoc soluitur ratio aduersariorum sumpta de aeternitate materiae: quoniam existentibus per Arist. generatione, & corruptione aeternis, necesse est materiam aeternam esse: quia generatio, & corruptio non potest esse absq; materia: vnde Arist. loco citato per aduersarium, ex aeternitate generationis, & corruptionis, infert materiae aeternitatem &c. Sed haec, quae circa hunc processum Arist. dicta sunt, clarius apparebunt in lib. de animae creatione, ubi meliori modo huius negotii ueritatem manifestabo: pro nunc autem haec tibi sufficiant. &c.

Solutio rõnis sũptæ ex æternitate materiæ.

Ad

Ad duodecimam, quùm dicitur, quòd dabilis esset annihilatio &c. dicendum, quòd admisso casu, Deus ānihilando corpus, ānihilaret etiam locum illius corporis. Ad id uerò quod additur, quòd dabilis eßet reditio eiusdem numerò &c. diceret Arist. quòd non esset repugnantia ex parte Dei, quoniam eius uirtus est uigore infinita; sed foret repugnantia ex parte rerum: primò quia à priuatione ad habitum non datur regressus: secundo: quoniam, si omnes mortui resurgerent, tunc secūdum Arist. daretur corpus infinitum in actu, quod ipse negat in 4. Ph. Consequentia probatur; etenim infiniti secundùm eum per trāsiti sunt homines &c. Sed quamuis hoc confiteatur Arist. contrarium tamen est firmiter tenendum, iuxta irrefragabilem Sacro Sancta Romana Ecclesia ueritatem &c. Ad duodecimā.

Ad penultimam diceret Arist. quòd illa operatio neceße sit, ut insit per aliquam communem naturam intrinsecam, non autem per aliquod extrinsecum, ut sensibile inest omnibus animalibus non extrinsecè, sed per natu- Ad tertiam decimam.

ram animalis, quæ intrinsecè in omnibus animantibus reperitur: modo licet Deus moueat tanquàm finis, & tanquam efficiens, attamen est quoddam extrinsecum à rebus etc.

Ad ultimam. *Ad extremam autem, prætermissis aliorum responsionibus, dicas resolutè, quòd sicuti creatio appellatur ab Arist. quandoq; actio cum motu, ut supra patuit, ita etiam apud ipsum caussa, unde motus, aliquando dicitur caussa creans, ut patet 1. Met. sum. 2. cap. 2. ubi postquàm laudauit Anaxagoram, & Hermotimum, qui dicebant mundum effectiuè dependere à Deo, statim subiungit, quòd ab istis posita fuit caussa unde motus, quod est caussa creans, quùm aliter, quàm per creationem mundum à Deo fieri minime potuerit, quod quidem totum colligitur etiam perbelle à Simplicio circa finem 8. Ph. quando prædictum Arist. citat locum &c.*

Simp:

Hec breuiter uisa sunt Mihi de proposita intentione dicere, quod si ueritatem non attigi, datus est saltem modus melioris inquisitionis, pro inuenienda ueritate; Sed de toto


quod diximus, & in futurum dicemus, Nos remittimur ad Sacrosanctam & Apostolicã Ecclesiam Romanam; etenim que eius ueritati non consentiunt, heretica ac penitus falsissima firmiter credo, atq; affermo. Restat igitur, ut quod polliciti sumus, de anime creatione in futurum sermonem instituamus, quod breui, fauente deo, me facturum esse existimo.

Sit laus & honor Deo, optimo maximo, trino, & uno, Beateq; Mariæ semper virgini.

Amen.

Cum Licentia Superiorum.

FINIS.



Errata ſic Corrigo.

Folio 8.in margine uer.de iure,lege dei:fo.9.uer.telis loco,locn,lege locũ,fo.13.uer.tatem loco etiam,lege entia,fo.17.uer.bonis lege boni. folio 20. loco.2.lege 1.& fo.24.uer.dia,loco tum,lege tunc; folio 26. uer.neceſſarium lege neceſſariò,fo.30.uer.turæ,loco pro lege per, fo.49 uer:dem loco infinitum,lege finitum,fo.50 uer.tempus,loco indefacienda,lege facienda,fo. 54 uer. in,loco tantò,lege tantùm fo.60.uer tet,loco 76.lege.79.fol.65.uer.erat:loco qnùm lege quùm, fol.68.uer:opinionis,loco dicam,lege dicat,fo.90. uerarò,lo:ſecundam lege primam.

1969